



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-532797-p0001-6

DFC





1692

1.^a = Engelhardt, Johann Siegfried: De eo, quod iustum est -
circa mutationem nominum. 3. Scapf.

2. Frickler, Ludovicus Gustavus: Dissertatio mag. jure
zene gloriosissimi . . . nostri Tempri imperiale
capitulationis inserviarum contra auctiorum consi-
derationis.

3rd = Langenbeck, Hermann: De cædagione moderate
2 Scapf.

4. Linckx, Henricus: Sa Cœm I de V. T. et. Non. Persic
Clericum artificum et negotiatorum . . . considerabit.

5th = Riedelius, Gottard: De adjicto. 2 Scapf.

6. Zuernius, Ich. Adams: De militare inquisitione.

1693.

1.^a = Altherr, Siegfried: De legi mensuram temporal
in spacio mortis. 2 Scapf.

2. Holzbrand, Henricus: De personis egregiis carmine
iuribus.



3. Meijer, Joh. Elias : De signis et robus literarum 11.
4. Möller, Dr. Thiel. : De C. Fannio. 13.
5. Riegerus, Joh. Faustus : Geometriae leges in
solenni affecte cœnuræ
- 6¹¹². Ritter, Georgius Gallius : De substantiis
proprietatis ultra pubertatis annos factis
2 Exempl.
7. Ritter, Georg. Gottlieb : De compromissis
fori "Germannici" in iuricem competentem factis
8. Sauer, Nicolaus : De patria
9. Schoppe, Henricus : De ratione in solutum
10. Stoll, Petrus Philippus : De jure defendit et
reverte praestans.
11. Tabor, Joh. Benedictus : De ciuitatum conuen-
tioneibus



12. Teubner, Dr. phil. iur.: De jure statutariorum
13. Thiers, Johann: Organisationsvertrag zwischen
Justiz und Polizei, insbes. das Vierjahres-
zeitliche Vertrag zwischen dem Kaiserreich und
den vier Staaten Preussen, Sachsen, Hannover
und Westfalen

5
clis
-
b
ean





C. D.
DISSERTATIO INAUGURALIS,
De eo,
qvod justum est
circa 1692 1a
140

MUTATIONEM NOMINUM,

ductu
Leg. un. Cod. de Mutat. Nomin.
Qvam
ex
DECRETO & AUTORITATE
MAGNIFICI
JCTORUM ORDINIS
In
INCLYTA ACADEMIA ALTDORFINA,
Pro
LICENTIA
SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES
&
PRIVILEGIA DOCTORALIA
ritè capessendi,
Publicæ Eruditorum ventilationi
submittit
d. 24 Nov. M DC XCII.
JOHANN. GODOFRED. Engelshall/
Olsnic. Varisc.

Excudit HEINRICUS MEYER, Universit. Typographus.



REVERENDISSIMO AC SERENISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,

M E D I U M
DOMINO
MAURITIO
WILHELMO,

DUCI SAXONIÆ, JUL. CLIV.
ET MONT. ANGAR. ET WESTPHAL.
PRÆSULATUS NUMBURGICI ADMINISTRATORI,
LANDGRAVIO THURINGIÆ, MARCHIONI
MISNIÆ, NEC NON UTRIUSQUE LUSATIÆ,
COMITI DE MARCA ET RAVENSBERG,
DYNASTÆ IN RAVENSTEIN,

PRINCIPI AC DOMINO MEO
CLEMENTISSIMO,

Felicitatem !



*REVERENDISSIME AC SERENISSIME
PRINCEPS,*

Domine longè Clementissime.



Estit præsens Dissertatio
sub TUO, PRINCEPS
SERENISSIME, clypeo
ab omni, qvam metuit,
immunis esse injuriâ. Qvò
enim major thematis cu-
jusdam vilitas, eò plures adesse suspicor
censores & per conseqvens eò firmiori
qvis opus habet præsidio. Et de hoc ipso
me

me longè confidentiorem reddit inaudita ferè omniumq; oculis exposita SERENITATIS TUÆ Clementia. Non igitur materiæ ipsius, sed humillimæ oblationis rationem mihi jam ulterius exponendam esse censeo. Inter illas, SERENISSIME PRINCEPS, primas tenet Sanctissimum pietatis nomen, vi cuius TE, ut proximum Patriæ Patrem adorare obstrictus teneor. Post hæc non minima causa me movens fuit insolita cura & indulgentia, qvâ Doctiorum genus subindè foves, tueris, condecoras. Qvam verè divinam gratiam ut mihi qvoq; conciliarem hâc viâ efficere volui. Tandem deniq; nunquam satis deprædicanda humanitas, divinorumq; beneficiorum abundantia, Parenti meo, Consuli ac Syndico olim Olsnicensi, exhibita, mihi hoc, qvod vides, debitum imponit, adeò, ut ingratianimi notam vix evitarem, si pro his

his ipsis nullum humillimæ obligationis &
obseruantiae argumentum exhiberem.
Eqvidem fateor, levidense adhuc, qvod
SERENITATI TUÆ consecro, pie-
tatis esse monumentum. At enimverò
non merces est, qvicqvid offero, qvæ
gratiam acceptam fuscipit ex asse repen-
dere, sed canon est in re minimâ consi-
stens, optimè tamen **TUAM** munificen-
tiam venerans & recognoscens devotio-
nemq; contestans perpetuò duraturam.
Hunc itaqve canonem, hoc qvale qvale
obseqvii ~~ταῦτα~~, ut **SERENITAS TUA**
gratiosâ fuscipiat Clementia, meqve
clementissimâ illâ gratiâ, qvâ Musarum
alumnos haetenus prosecuta est egregiè,
in posterum profeqvi haud deditur,
omni, qvâ debeo, animi submisiōne oro
& obsecro. De cætero **DEUM** Immor-
talem, Regum ac Principum Tutamen,
calidissimis obtestor precibus, ut **TE,**
SE-



SERENISSIME PRINCEPS, in patriæ
& Imperii nostri decus, splendorem &
commoda natum, in majora ejusdem au-
gmenta propriumque SERENISSIMÆ
FAMILIÆ jubar, cum SERENISSIMA
CONJUGE omni felicitate & gloria
qvam diutissimè rebus humanis interesse
patiatur. Vale, SERENISSIME
PRINCEPS, & patere, ut iste mihi
indelebilis permaneat character, qvo
audire possim

*REVERENDISSIMÆ SERENI-
TATIS TUÆ*

Da b. A Itdorff I
d. VIII. Calendar.
Decembr.
M DC XCII.

*Devotissimus
&
obsequiosissimus*
JO HANN. GODOFRED. Engelschall.

P R A E F A T I O.

Praetatis divinâ gratiâ consuetis Juris ex-minibus, præ ceteris omnibus, ex indulgentiâ MAGNIFICI JCTORUM ALTDORFINORUM ORDINIS, de Disputatione, quæ communiter Inauguralis audit, fui sollicitus. Et quamvis fateri neceſſe habeam, in conscribendis talismodi Dissertationibus ut plurimum thema aliquod singulare, crambenḡ bis coctam haud redolens solere eligi, atq; inficias ire nequeam, præsentem materiam à VIRO EXCELLENTISSIMO, DOMINO FRIDERICO GEISLERO, Phil. & J. U. D. ac P. P. quondam Lipsiensi, ante aliquot lustra sub nomine Dissertationis, junctâ aliâ de Anonymis Scriptoribus, fuisse pertractatam; Attamen, cum, secundum illud ~~πλευθερωτήν~~, nihil ferè tam accuratè scriptum dictum veſt, cui adhuc aliquid non poſſit addi. Et præterea Parentum desideria hâc in parte pro sanctiori lege mihi ſint habenda; Idcirco nemo, ut ſpero, vitio mihi vertet, quod de novo illam ipsam materiam ventilare animum induxerim, in primis quum Et opera laudatissimi GEISLERI tantum circa analysin textūs occupetur; Præsens autem labor, præmissā textūs breviori enodatione, ſimil in causas, vel, ut ita loquar, viſcera illius omni, quā poſteſt, breuitate, ſit inquisiturus.

DEUS annuat cœptis, omniaq; fausta
ac ſalutaria eſſe jubeat!

A 2

C A-

CAPUT I.

*Exhibens brevem textūs analysin, tām quoad
partes externas, quam internas.*

JUvat hīc, antequam ad analysin nos accingamus, ipsum tex-
tum, quantus quantus est, apponere, qui quoad verba ita se
fe habet:

*Imp. Diocl. & Maxim. AA.
& CC. Juliano.*

Sicut in initio nominis, cognominis, præ-
nominis recognoscendi singulos impositio
libera est privatis: ita eorum mutatio in-
nocentibus periculosa non est. Mutare
itaq; nomen, vel prænomen, sive cognom-
en sine aliqua fraude licito jure, si liber
es, secundūm ea, quæ sāpē statuta sunt,
minimē prohiberis: nullo ex hoc præjudi-
cio futuro. S. 15. Kalend. Jan. AA. Consl.

I. Textu hoc præmisso varia & quidem circa *Partes externas*
se fe nobis fistunt prænotanda, in primis autem *Liber*, *Titulus*
ejusq; cohærentia cum reliquis, itemq; *Inscriptio & Subscriptio* præ-
cæteris evolutionem merentur.

II. *Liber*, in quo hic textus continetur, est *liber IX. in Codice*
repet. prælectionis & quidem titulus in ordine XXV. Qui liber jure
quoque vocari potest terribilis, *arg. const. Tanta de Confirmat. Digest.*
§. 8. Agitur enim in illo de delictis publicis, quæ propter delicti
ac poenæ atrocitatem tum delinquentibus, tum etiam aliis terro-
rem injiciunt. Adeoq; etiam de *Crimine Falsi*, quod committitur
vel quoad statum personæ, vel in testamentis, vel in monetâ, vel
etiam *in nomine*. Hinc præsens titulus, cuius *connexio* cum cæteris
exinde fatis liquet.

III. In-

III. *Inscriptionem quod attinet, illa & Rescriptentes & rescriptum Accipientem* in se continet. Priores sunt **DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS, AVGUSTI & CONSULES.** De quorum vitâ rebusq; gestis multa hic disferere supervacaneum puto, cum hæc omnia ex Historicis & quidem in specie post M. Aurelium Victorem de Cæsaribus cap. 39. Eutropium lib. 9. ex Matth. *Theatr. Hist. sub vitâ horum Imperatorum*, quād dilucidissimè constent. Maximè sub hisce Imperatoribus dirissima omnium persecutio in Christianos notatu digna est, quippe qua per integrum decennium duravit, ita, ut reliquæ novem persecutiones sub (1) *Nerone*, (2) *Domitiano*, (3) *Trajanu*, (4) *Adriano*, (5) *M. Antonio*, (6) *Severo*, (7) *Maximinu*, (8) *Decio*, (9) *Valeriano*, Iusus & jocus pra hâc fuerint. *Claus. in delineat. hist. p. 51.* Ferunt enim Nicomedia in templo viginti milia crematorum, triginta millia diebus septendecim absumptorum & per omnes orbis partes excarnificatorum Christianorum, teste Osiandro *H. E. cent. 4. lib. 1. cap. 7.* & Orosio *lib. 7. cap. 25.* itemq; Sulpit. *Severo lib. 2. sacr. hist.* ubi sequens notabilis occurrit locus: *Diocletianus & Maximianus imperantibus acerbissima persecutio exorta, quæ per decem continuos annos plebem Dei depopulata est, quâ tempestate omnis ferè sacro martyrum cruento orbis infectus est; quippe certatim glorioſa in certamina ruerbatur, multoq; avidius tunc martyria glorioſis mortibus querebantur, quâ nunc Episcopatus pravis ambitionibus appetuntur.* Nullis unquam magis bellis mundus exhaustus est, neq; majori unquam triumpho vicimus, quâ cum decem annorum stragibus vinci non potuimus. Tantum ille. Quæ plenius explicant Orosius *lib. 7.* Laetantius, qui sub Diocletiano vixit, *lib. 5. Div. Inst. cap. 11.* & Eusebius, *Hist. Eccl. lib. 8. cap. 11.* ubi persecutionis hujus ultimæ causas indagat. Qui autem in specie martyrii coronam nocti sunt, id videre est apud Euseb. Petr. de Natal. Baronium, Osiandrum, & alios quād plurimos Historicos. Cæterū quare *Diocletianus Maximianum A. C. 285.* sibi socium Imperii associaverit, & an ita secundâ hâc coniunctione Monarchia apud Romanos remanferit? de eo vide, si lubet, jam allegat. Matthiam nec non Kippingum, in *Inst. Polit. lib. 1. cap. 13. §. 4.* atque Jacobum Gothofr. in *Prolegom. ad Cod. Theodos. cap. 8.* ubi moris fuisse dicit, ut, cùm plures eodem tempore, divisis quamlibet Imperii partibus, imperarent, atq; adeò quamlibet ab uno tantum Imperatore reverâ scripta lex esset, ex æquo tamen omnium nomina preferret. Quomodo etiam

in operibus publicis omnium Imperatorum nomina inscripta, cùm tamen opus ab uno tantum positum esset. Rescriptum accipiens est Julianus. Quis autem hic fuerit, non adeò liquet. Neq; etiam è re erit, ut tam exactam hujus rei habeamus notitiam.

IV. Tandem *Subscriptio* his verbis facta est: *S. 15. Kalend. Jan. AA. CC. i. e. Scriptum 15. Kalendarum Januarii i. e. 18. Decembr. Augustis Consulibus.* Hic neq; locus, neq; annus urbis conditæ, neq; deniq; Consulatûs numerus, prout potissimum in cæteris Rescriptis observamus, exprimitur. Ex Fastis Consularibus autem colligere licet, non computato Anno, quo post A. V. C. 1039. & natum Christum An. 289. sub M. Aurelio Caro Cæsare, ambo Consules erant. Diocletianum ipsum, postquam Imperium adeptus fuisset, An. V.C. 1040. post N. C. 290. & sequenti Anno in Consortium Regni Herculium Maximianum adscivisset, Consulatum tenuisse cum Maximiano An. V.C. 1042. post N. C. 292. Anno Imperii 3. iterum An. V.C. 1045. à N. C. 295. Año Imperii 6. dein An. V. C. 1051. à N. C. 301. Anno Imperii 12. porrò An. V. C. 1055. à N. C. 305. Anno Imperii 16. ultimò An. V. C. 1056. à N. C. 306. Anno Imperii 17. uti Cuspinianus in *Comm. ad Aurelii Cassiodori COSS. locis indicatis* docet, & dedit. *Quinam autem annus hic debeat intelligi, cum doctis ignoramus. Forsitan & hæc nosse parùm juvabit.*

V. Potius explicatione hâc externarum partium relictâ ad *Internarum* tendimus explanationem, ubi operæ pretium duco, ante omnia difficultiorum vocabulorum explicationem præmittere. Evidem inter ea maximè conspicua sunt, *Nomen, Cognomen, Prænomen.* Verùm cum de his ipsis in *Capite subsequenti* sub *Objecto* prolixius actur simus, hinc explicationem illorum hic studiò omittimus. *Vocabulum recognoscendi* idem h. l. est ac *verbum simplex cognoscendi.* Propriè autem denotat denuò cognoscere, aufs neue wieder kennen. *Cicer. lib. I. Tuscul. p. m. 160.* in verbis: *Se non tam illa discere, quām reminiscendo recognoscere.* Hinc etiam notæ sunt locutiones: *Feudum recognoscere*, i. e. beneficii feudalism autorem agnoscere, eiq; illud acceptum ferre, eoq; nomine fidem illi & obsequium referre. 2. *Feud. 17. Calv. Lex. Jurid.* sub voce: *Recognoscere.* It. *Instrumenta seu Documenta recognoscere*, i. e. approbare & confiteri, illa documenta esse vera, & non falsa. Vid. *I. 5. fam. ercise. l. 56. pr. ff. de Y. S. l. 1. §. 8. l. 15. §. 3. ff. ad L. Cornel. de Fals. Carpz. Proc.*

Proc. Jur. tit. 14. art. 8. num. 79. Swend. ad *Proc. Fibig.* pag. 243. seq.
Innocens h. l. est, qui secundum Glossam hujus loci non fraudulenter facit, sed est expers criminis scelerisq; purus. *Præjudicium* potissimum in Jure & à Dd. in *quadruplici* significatu accipitur.
 (1) Sumit pro sententia sive judicio à Superioribus lato, quod affert inferioribus deinde Magistratibus judicaturis exemplum, quod sequantur in pari causâ. Gloss. & Dd. in *l. nemo. C. de Sent.* & *Interl. Zaf.* in *ruber. ff. de Except.* n. 6. Quibus stylo Cameræ affinia sunt *Præjudicia Cameralia*, quæ à nonnullis *Observationes Camerales*, item *Res in Camerâ judicatae* indigitantur. Cujusmodi collègère Gailius, Mynsingerus, Gylmannus, Schwanmannus, Wilhelmus Scipio, & alii. Hinc *præjudicium allegare*, est judici ostendere, hunc vel illum casum judicando antehae ita decisum esse, & idcirco etiam præsentem casum, qui casui prius deciso per omnia similis, sic decidi oportere. *Jac. Blum. Proc. Camer. tit. 2. num. 24.*
 (2) Quandoq; per *præjudicium* intelligitur causa, seu quæstio controversa, de quâ prius cognoscendum, statuendum decernendumq; est, priusquam de alio negotio queratur, ut ita *præjudicium* in hoc sensu sit *quasi ante judicium*, sive *prius judicandum*, quam de alio *judicium suscipiatur*. *Calv. alleg. loc. sub voc. Præjudicium.* *Manz. ad s. 13. Inst. de action.* (3) significat exceptionem talem, quâ reus actionem ita removet, ut asferat per actionem ab adversario institutam *præjudicium* fieri principaliori actioni. *l. 16. 17. 18. 19. 21. de except. præscript. & præjud. Wissenb. ad tit. ff. de except. Schneidw. ad s. 13. J. de action. n. 5. Eckolt. ad ff. tit. de except. n. 26.* (4) Deniq; ut hoc loco, denotat damnum, injuriam, detrimentum, lâsionem, incommodum. Hoc sensu dicere solemus, *quod privilegia Principis intelligentur sine præjudicio tertii,* l. 2. s. 10. & 16. ff. ne quid in loc. sacr. L. 3. C. de Silent. & Decur. it. *Principem non posse illegitimum legitimare in præjudicium legitimorum*, quo de Myns. cent. 1. obs. 53. it. rem inter alios actam aliis non *præjudicare*, tot. tit. C. res inter alios acta &c.

VI. Missis vocabulorum scrutiniis ad ipsa legis contenta progressum facio. Summa itaq; totius legis in eo consistit, *quod mutatio nominis haut fraudulenta libero homini omni jure sit permissa*, prout hanc summam non incongruè ad hunc locum annotavit Salicetus & Baldus h. l. Hæcq; propositio per duplarem stabilitur rationem, partim cur ita mutatio sit licita, partim verò cur nomina sint inven-

inventa. Idcirco si accuratiū hanc legem pensitemus, in tres partes eam dividere necessum habebimus. Prima pars *positivè tradit: mutationem nominis non esse periculosam*, atque simul *applicativè: mutare itaq; nomen vel prænomen sive cognomen secundum ea, que sèpè statuta sunt, minimè probiberis, nullo ex hoc præjudicio futuro.* Altera pars *etbiologicè tūm consequentiam ipsius legis, tūm causam respectu originis & introductionis nominum reddit.* Scilicet quia *ab initio nominis, cognominis, prænominis impositio libera est*, & ob id inventa, ut per eam *homines singuli recognoscantur.* Tertia pars deinde declarat *restrictivè: nomen mutaturum debere esse liberum idq; sine fraude facere.* Quæ omnia hoc in loco uberius quidem secundum indolem iusta textuum ἀναδύοντες per rationes dubitandi & decidendi possent explicari. Quoniam vero in sequenti capite illud ipsum in effectum deducendi longè commodior fere offeret occasio; Hinc absque ulterioribus ambagibus statim ad alteram Dissertationis nostræ partem & quidem ad caput in ordine secundum transgredimur.

CAPUT II.

Continens hujus materia Definitionem nominalē, realem, Divisionem, Causam Efficientem, Subiectum & Objectum.

I.

CUm secundum Ulpianum *in l. 1. pr. ff. de Reb. cred.* è re sit, priusquam ad verborum interpretationem perveniamus, pauca de significatione ipsius tituli referre: Idcirco & nostrum erit, in præsenti hanc legem methodi servare, atque, *Definitionis nominalis* loco, Rubricæ explicationi paululum immorari.

II. Vocabulum *jussum* h̄c accipimus in sensu negante, pro eo, quod juri non repugnat, sed ex ratione ejus licitum est, atque permisum, ita, ut citra injuriam alterius fieri possit. Jus enim, unde justum denominatur, hoc loco non significat jussum imperantis, sive legem, sed qualitatem moralem personæ competentem ad aliquid justè habendum, vel agendum, doc. Grot. *de Jur. B. & P. l. 1. c. 1. n. 4.* Reliquæ rubricæ voces *mutationis* nempe & *nominis* hoc loco non *concretivè*, sed *abstractivè*, ut Logici loqui amant, sunt intelligi.

telligendæ, ita ut unum constituant conceptum, quēm Græci per
~~μετανομασίας~~ hanc inconcinnę exprimunt.

III. Quod ad primum *Mutationis* nomen attinet, labor certe inutilis erit, explicationi istius longius inhärente, cum nec pueris in scholis incognitum sit, illud à verbo satis latino *mutare* descendere; quod ipsum tamen varios in jure nostro recipit significatus, qui commode in *improprios* & *proprios* distingui possunt. *Improprii* sive *analogicè* (α) idem, quod perdere vel amittere significat, e. g. *statum mutare*, in l. 9. §. 4. ff. de *minor*. (β) idem ac corumpi denotat, uti in l. 24. C. de *administr. tut.* (γ) hæc phrasis: *non mutat*, idem est, quod non movet, non obest, non refert, non ad rem facit, uti patet ex l. 52. §. 2. ff. de *Fidejuss.* l. 11. ff. *Usufruct. quem. cav.* l. 3. §. ult. ff. de *Pecul.* *Propriè* deinde si vox *mutare* accipitur, nihil aliud importat, quam *statum rei convertere*, alterare, variare, ut vel definat aliquid, vel aliud fiat, vel idem manens sit sub alio accidente, quod accidit in mutatione actionis l. 3. C. de *edend.* mutatione *judicii*, sive *judicium*, l. 76. ff. de *Jud.* & denique in nostrā *mutatione nominis*. Huc quoque spectat l. 27. C. de *Testament.* & arg. ex l. 32. §. fin. C. de *appellat.* Unde satis notum emergit axioma *Juridicum*: *quod non mutatur, stare permittendum est.* Plura hāc de re qui desiderat, audeat Rudolph. Goclen. *Lexic. Philosoph.* Joh. Calvin. Matth. & Martini *Lexic. Jurid.* sub verbis *mutare*, *mutatio*.

IV. Tendimus jam ad alteram vocem, *Nomen* scilicet, cuius varias passim videmus derivationes. Zasius ad l. 4. de *leg.* i. n. 5. illud à *notando*, ut scilicet res cognoscantur & discernantur, quæ alias à se cognosci non possent. l. 10. C. de *ingen. manuiss.* Diomed. lib. i. *Grammat.* & Ifid. lib. i. c. 6. à *notamen*, quod unamquamque rem monstrat ac notet, itemq; Perottus & Curtius i. conject. 26. à *nosco*, quod per id, quicquid nominamus, agnoscatur, deducunt. Festus lib. 12. à *novimen*, quod notitiam faciat, dictum esse putat, quem ad vocis tantum sonum allusisse putat Robert. i. sent. 16. *Vero similius est*, (sunt verba Francisci Connani in *Comment. Jur. Civil.* lib. 2. cap. ii.) *hoc vocabulum sumtum à Græcis, à quibus ἡ νομη appellatur, διὰ τὸ νόμον*, i. e. *lege vel consuetudine*, quoniam usū constant nominum *appellationes* &c. Quænam inter has derivationes sit præferenda, cuilibet pensitandum relinquimus, quam quisq; sibi ut optimam elegerit, nobis perinde erit. Potius *Etymologiam* relictā majoris declarationis ergo *Homonymiam* hujus vocis rūmemur, ubi statim

B

Nomen

bolo, hoc, gruevis, et, i.

Nomen ~~μνημονιον~~ esse & aliter à Grammatico, aliter à Logico, aliter à JCto accipi & considerari deprehendimus. Inprimis autem sumitur vel *impropriè*, vel *proprie*. *Impropriè* itidem vox nominis multifariam accipitur, & quidem (1) pro virtutibus, meritis, &c. ex quibus olim nomina sumi & dari frequens erat. (2) Pro ipsâ celebritate, excellentiâ, amplitudine, quæ ex tantis nominibus inditî & cognominibus oriri solet. (3) Per metonymiam subjecti pro illo ipso, cui hoc nomen competit. Atque ita non tantum stylo facro, verum etiam profano NOMEN DOMINI, NOME DEI ipsum Deum, Dominum significat. 1. Corinth. 1. v. 2. & passim in facris. (4) Vox nomen omnem obligationem ex contractu, delicto, vel ex qualibet aliâ causâ significat, ita, ut etiam quaecunque debitum designet, l. 6. de V. S. l. 1. ff. ad SC. Maced. l. 4. l. 17. l. 23. §. 1. de hered. vel act. vend. Almers in Man. Jur. sub voc. nomen; hæcque acceptio in primis JCtis frequens & solennis est, & forte à prisco illo, debitorum nomina in tabulas acceptorum & expensorum sive Calendaria referendi more, usu obtinuit. Hinc notæ sunt locutiones: *Nomen facere* & *nominibus contrahere obligationem*, de quibus vid. Rehban. Hodeg. Jur. Chart. 2. Clim. III. p. 510. *Propriè* sumitur iterum vel *artificialiter*, vel *populariter*. *Artificialiter* accipitur (α) à Grammatico, cui nomen est pars orationis declinabilis per numeros & casus sine temporis connotatione, & dividitur in *adjectivum* & *substantivum*, hocq; insuper in *proprium* & *appellativum*, quatenus scilicet ejus dignotio ad mutationem ~~μηχανής~~ Grammaticorum conduit, (β) à Logico, ubi nomen est pars enunciationis, cujusque nulla pars significant separatis &c. vid. Rehban. Hodeg. Jur. d.l. *Populariter* si vox nominis, ut hoc loco, accipiatur, nihil aliud significant, quam *signum instrumentale* & *doctrinale*, denotans rem aliquam certam, cuius cognitio, quotiescumq; ejus exauditur *appellatio*, sicut animo obseratur. Hinc Cicero lib. I. de Invent. nomen esse definit, *quod rei datum, ex qua illa propriè demonstratur.*

VI.. Atque in hac ultimâ acceptione populari secundum Grammaticos divisio in nomina *Appellativa*, *Propria* & *Adjectiva* exorta est. Briffon in Lexic. Jur. sub voce *Nomen*. *Appellativa* nominantur, quæ rei alicuius naturam & essentiam in communi explicitant, e. g. *homo*, *flumen*, *vestis*, *pater*, *mater* &c. & dicuntur à principio mundi ab Adamo secundum naturalem cuiusq; rei proprietatem, scientiæ à Deo infusa, fuisse imposita. Id quod ex cap. 2. Gen. claret,

reservata

rescit, ubi Adam cuncta animantia & universa volatilia cœli & omnes bestias nominibus suis appellavit. Et talia nomina talesq; voces usq; ad Noe filios durarunt, donec tandem in erectione turris Babylonica à Deo confusio linguarum facta fuit, per quam licet varia lingua & voces fuerint introductæ, easdem tamen rerum proprietates, easdemq; qualitates significarunt, quas nomina ab Adamo imposita demonstrarunt. *Propria* nomina unusquisque suis rebus particularibus suo arbitratu imponit, nullâ habitâ naturalis rerum proprietatis ratione, sed sola voluntas est causa, ob quam res particularis hoc vel illo nomine designatur. Uno nomine: *Individua* per illa denotantur, ita, ut non rei essentia tangatur, sed tantum hoc Individuum ab aliis, à quibus specie non est distinctum, disterminetur. *Adiectiva* vero nomina vel à naturali & propria rei qualitate, ut à naturali albedine *res alba* & nigredine *nigra* nuncupantur, vel ab aliquâ accidentaliter qualitate v. g. *fundus altius Sempronianus, altius Cornelianus, altius vineatus, altius prativus* denominantur. Vid. Vacon. à Vacun. l. 4. declar. 56.

VII. His suppositis, vi l. 4. ff. de Legat. 1. cum Ulpiano sequentem formamus regulam, scilicet: *Nomina rerum sunt immutabilia, hominum autem mutabilia.* Ad priora referimus tum nomina appellativa, tum etiam adjectiva, quatenus nempe à naturali rerum qualitate vel etiam ex qualitate accidentalí, quæ solâ hominis voluntate mutari non potest, ut in alleg. exemplis *vineatus*, *prativus*, sumuntur. Ad posteriora nomina propria & adjectiva, quæ ex solâ qualitate accidentalí ita vocantur, pertinent. Ratio differentiationis in naturali rerum proprietate divinâ quadam providentia constituta consistit, quæ immutabilis est, juxta §. 11. *Inst. de Jur. Nat. Gent. & Civil. & l. 2. §. 1. ff. de usufr. ear. rer. quæ us. conf.* Atque hæc cum rerum vocabulorum causa sit, sequitur, quod effectus talis esse debeat. l. 27. C. de liberal. caus. l. 7. §. 2. de Suppellet. leg. Gothofr. ad l. 4. ff. de Legat. 1. lit. Z. Bald. in l. f. C. fin. cens. vel relig. Anton. Natta confil. 447. num. 16. Vol. 2. Mund. confil. 18. n. 27. Vol. 2. Vacon. à Vacun. alleg. loc. Donellus lib. 8. cap. 4. lit. C. Quæ tamen immutabilitas tantum ad individua, ut non pro singulorum arbitrio ac libitu talismodi nomina mutari possint, restringenda, non vero ad totam quandam gentem, cuius communi consensu sèpè variantur, extendenda est. Vacon. à Vacun. d. l. §. 6. Hillig. ad Donell. cit. loc. Rittersh. ad §. 29. I. de Legat. p. m. 309. Nec mirum etiam est,

*815
11
16
holo, nec, quoque, est,
16*

est, moribus civitatis & usu rerum appellationem horum nominum s^epius mutari posse. Siquidem, quod vulgo dicitur, eadem est ratio nominum, quae nummorum, qui usu valent & publicè mutari possunt. Eleganter Horat. de art. Poët. vers. 68. ibi:

Mortalia facta peribunt:

Nedum sermonum stet bonos, & gratia vivax,
Multa renascentur, que jam cecidere: cadentq;
Qua nunc sunt in honore vocabula, si volet usus,
Quem penes arbitrium est, & jus, & norma loquendi.

Vid. Rebhan Hodeget. Jur. alleg. loc. In nominibus verò hominum, qualia diximus esse nomina propria & adjectiva ex qualitate aliquá accidenti dicta, cum in illis sit causa hominum voluntas, tanquam res maximè mutabilis, sec. l. 4. ff. de adm. legat. l. 32. §. 2. & 3. ff. de donat. int. vir & uxor. sequitur & effectum talem esse, nimirum posse contingere illorum mutationem ex singulorum arbitrio. Conf. b. l. un. C. de mut. nom. d. l. 4. ff. de legat. i. l. 10. C. de ing. manumiss. Donell. d. l. & Vacon. à Vacunā n. 5. itemq; eleganter Vinnius ad §. 29. Inst. de legat. n. 3. De quibus nominibus propriis eorundemq; mutatione, in quantum scilicet ea permissa & consequenter prohibita sit, nobis tantum in præsenti Dissertatione sermo est. Quamobrem absque ulteriori ambage, deposita Definitione, vel potius descriptione nominali, sic dictam realem aggre-dimur.

VIII. Est autem nominis mutatione nihil aliud, quam nominis novi à libero homine facta assuntio, vel est nominis hactenùs usitati à libero homine facta variatio. Præmisso sic Definitione reali, jubente ita methodi ratione, ad Divisionem Nos accingimus.

IX. Dividimus autem hanc nostram mutationem nominis (1) cum Beckm. in Notit. Dignit. Illustr. Dissert. 5. c. 2. in publicam, quae à personis publicis, & privatam, quae à privatis efficitur. (2) in eam, quae fit bona fide & sine fraude, & quae talis non est, sed tendit in alterius fraudem, vi l. un. C. de mut. nom. quarum prior est licita, posterior vero illicita, iterumque duabus fit modis, prout in cap. 3. sub Forma demonstrabimus. (3) in totalem, quâ singula nomina, veluti nomen, prænomen, cognomen & agnomen, & partiale, ubi tantummodo unum, vel duo, & sic porrò, ex illis mutantur, arg. l. nosfræ un. C. de mut. nom. vel etiam pristino nomini novum aliquid

aliquid additur. Gvil. Benedict. in cap. Raynut. in verb. Raynutius
de clera. n. 47. & 48. de testament.

X. Divisionem excipit *Causa Efficiens*, quæ est legis diverso respectu permisso ac prohibito; idq; tūm ex lege jam alleg. unic. tūm etiam ex l. 13. ff. ad L. Cornel. de fals. patescit.

XI. *Subjectum* constituit homo liber, sive sit Clericus sive Lai-cus, sive nobilis sive ignobilis, & in genere omnis ille, qui nec prohibetur, nec impeditur. *Prohibentur autem servi*, qui nomina sibi mutare non possunt, ita Bal. & Ang. ad d. l. un. C. de mut. nom. cum hæc ipsa lex tantum de liberis loquatur, quibus servi per jura notoria contradistinguuntur. *Felin. in proœm. Decretal. ad verba Greg. Episcop. n. 37.* Menoch. de arbitr. Jud. Quest. lib. 2. cas. 318. n. 18. Tuldén. ad l. alleg. C. de mut. nomin. Salicet. ad eand. Præterea præsumitur in servo nomen sibi mutaturo fraus, per d. l. 13. ff. ad L. Corn. de fals. & Gloss. ad l. un. C. de mut. nom. cum mutatio planè ad Dominum, cuius & est impositio, speget. Hillig ad Donell. lib. 2. cap. 15. lit. f. Deinde etiam Domino maximè interest, ne fiat ejusmodi mutatio, quoniam ea factâ servum fugientem haud facile reperire poterit, prout annotavit Bald. in proœm. C. n. 3. Deniq; metuendum est, ne servi sibi eligant nomina præclarorum viorum, virtute & monumentis consignata. Notabilis hâc in re apud Aul. Gell. lib. 9. cap. 2: occurrit locus, ubi refert: *Majores Athenienses nomina Juvenum fortissimorum Harmodii & Aristogitonis, qui libertatis recuperanda gratia Hippium Tyrannum interficere adorti erant, ne unquam servis indere liceret, decreto publico sanxisse; quoniam nefas duxerunt, nomina patriæ libertati devota, servi contagio pollui. Impediunt certæ quædam familia, quibus nomina baptifmalia seu prænominia quædam ad eò sunt peculiaria, ut ab illis ex familia istâ oriundi recedere nequeant. Pœ cæteris exempli loco nobis sunto. Illustrissimi Comites Ruthenii, qui omnes & singuli Henrici nomine insigniri solent, ita quidem, ut quia hodiè duplex linea senior ac junior floret, vocentur Henrici Seniores & Juniores, adjunctis nominibus des ersten/ andern &c. Dietherus in additionibus ad Besold. Thesaur. Præt. sub voc: *Namen/ Sünamen.* Hujus impositionis duplœ proferre solent rationem, primam, quod, in memoriam collata ab Heinrico Aucupe Dominis de Plawen Advocatæ S. R. Imperii, Heinrici nomen omnibus & singulis ex gente ista oriundis esse debuerit*

commune; alteram, quod Bertha Tyroleensis, Heinrici VI. Imperat. consanguinea, Heinrici; Divitis Dn. à Plawen uxor à marito suo precibus evicerit, ut in memoriam hujus consanguinitatis omnes quatuor filii ex se nati Heinrici nomine insignirentur. Vid. *Generos.* Dn. Im-Hoff. in *S. R. Imper. Proc. Notit. lib. 6. cap. 14. §. 2.* Sc. Excellentiss. Dn. MOLLER. in *Disputat. de fatalibus nominibus person. §. 5.* Quod porrò bey dem Adelichen Geschlecht der Herrn Bünau receptum sit, daß in demselben nur drey Namen gebräuchlich als Rudolph, Günther und Heinrich teilstantur Limn. in *Jur. Publ. tom. 1. Addit. ad lib. 4. c. 7.* Dietherr. in *Addit. Besold. Thes. Praet. sub voce: Nomen / Surnamen.*

XII. Sic itaque brevibus consideravimus Subjectum, nunc ea etiam brevitate Objectum, seu materiam Objectivam, perlustrabimus. Versatur autem illa circa *Nomina*, eaq; , ut in praecedentibus monuimus, *Propria*. Horum autem Nominum proprietorum communiter quatuor constituuntur species, *Prænomen* scilicet, *Nomen*, *Cognomen* & *Agnomen*, quas species Graci *χειρωναπτηριδες*, *ονοματηρια*, *πατριωνυμια*, *απογονωσια* vocant, per §. 29. *J. de leg. l. 4. C. de Testament.* & ad eam Gothof. in *not. sub lit. S.* quamvis in *l. nostrâ unicâ tantum* trium nominum fiat mentio. Hasq; denominatio-nes quam maximè apud Romanos viguisse, apud quos pluribus no-minibus nuncupari honestum fuit, tam notum est, quam quod no-tissimum, demonstr. Pichard. ad §. 29. *J. de Legat.* ibique autor. alleg. Hinc & duo, ut: *Numa Pompilius*, *Tullus Hostilius*, *Tarquinius Superbus* Sc. teste Flor. lib. 1. bistor. c. 2. seq. & tria, v. g. *Marcus Tullius Cicero*, secundùm illud Juvenalis Sat. 5. v. 128.

— tanquam habeas tria nomina Sc.
tria nomina Nobiliorum.

& denique quatuor, ut: *Publius Cornelius Scipio Africanus*, Inge-nuos habuiss. nomina apud Historicos passim videre licet. Vid. Valer. Max. l. 10. Epit. de *Nomin.* Lips. Tract. de *nomin. Roman.* in *Proœm.* Rebhan Hodeg. Jur. chart. 2. clm. 3. §. 59. Ut autem qua-que harum specierum eo melius cognoscatur, ideoq; brevem singularum in præsenti addamus declarationem.

XIII. *Prænomen* erat nomen singulis peculiare & proprium, ut: *Marcus*, *Lucius*, *Paulus*, *Publius*, & *Theophilus* in §. 29 *J. de legat.* hoc κυριελον *ονοματηρια* vocat, eo quod Nomini in specie sic di-
cto

Eto sive Gentilitio præponeretur, atque eodem fratre, hic & ille,
 ad quem pertinebat, in eadem familiâ, à se invicem cæterisq; Gen-
 tilibus fuerint distincti, quo de Andr. Alciat. lib. 4. dispunct. c. 1.
 Pichard. cit. loc. Vinnius ad §. 29. J. de legat. Gothofr. ad l. 4. C. de
 Test. lit. S. Calvin. in Lex. Jurid. itemq; Hoffm. in Lex. univers.
 sub voce nomen, prænomen. Rebhan Hodeg. Jur. alleg. loc. Besold. in
 Thes. Pract. sub voce Nomen, ubi & insimul ex Jac. Sirmond. in notis
 ad C. Solium Apoll. Sidonium in prefatione, quod circa proprium
 Nomen aliud ante, aliud autem post eversam Rempublicam Roma-
 nam observatum fuerit, adducit. Cæterum Prænomen hoc ne-
 mini ante diem toge virilis sumata (de quâ Rosin. lib. 5. Antiq. Ro-
 man. c. 32.) impositum fuisse, testantur Valer. Max. d. libr. 10. Epi-
 tom. Lipf. d. l. c. 1. qui posterior inibi insuper tradit, solemne fui-
 se, ut natu majores semper Prænomen patris assumerent, Avi vero
 & Patruorum secundo geniti & ulteriores; Cui tamen aserto
 non ita simpliciter subscribere possumus, hoc quidem largientes,
 ut plurimum filii cum patribus & hæc fuisse communia, arg. l. 50.
 ff. ad SCt. Trebell. l. 29. ff. de manum. test. l. fin. ff. de Hered. insit. Sic
 & Fulgentii Episcopi nomina fuerunt: *Fabius Claudio Gordianus Fulgentius*, ex quibus Claudio Patri, Gordianus avo proprium
 nomen fuerat. Et Symmachi Oratoris filii nomina fuere: *Q. Flavius Memmius Symmachus*, ex quibus Flaviani cognomen à pa-
 triuo, Memmii ab avo paterno, Memmio Orfito sortitus est, Jac.
 Sirmond. alleg. loc. Ait multos quoque fuisse filios, qui diversissi-
 ma à Parentibus habuerunt prænomina, haud negari potest, sec.
 Alciat. alleg. loc. l. 4. c. 1. Illud vulgare est, prænomina, ut vulgo
 notiora, communius literis tantum initialibus fuisse designata,
 e. g. *P. Cornelius, M. Tullius*. Cui addendum, Prænomina, si quæ
 foemini fuisse data, *Caja, Lucia, Martia &c.* inversis literis solita
 fuisse scribi sic: *D. T. M.* postea & hæc obsoleuisse, diciq; cœpis-
 se, *Major, Minor*, it. *Prima, Secunda, Tertia*. Hoffm. in d. Lex. uni-
 vers. Moribus nostris æquipollit huic Prænomini Nomen Proprium,
 quod nobis imponitur, cum Sacramento Baptismi initia-
 mur & in ecclesiam recipimus, quod pariter gentis cuiusque no-
 mini solet præponi. v. g. *Paulus, Cyprianus, Heinricus, Gotfredus &c.*
Anna, Maria, Sabina &c. Vinn. alleg. loc. Rebhan. Hodeg. Jur. cod.
 Gothofr. ad d. l. 4. C. de Testam. lit. s.

XIV. *Nomen* in specie illud dixeré, quod familiae originem
five Gentem declarabat, magisq; hanc ab alia, quā personam unam
ab alterā distinguebat. Hinc omnes, qui ex eādem Gente erant,
eodem nomine appellabantur, v. g. Qui ex gente *Valeria*, omnes
Valerii, qui ex gente *Cornelia*, omnes *Cornelii* nominabantur. Un-
de etiam Ἀλεφόρος, Gentilitium, πατρωνυμί vocatum: perpe-
tuum penè erat in aliquā gente, statimq; Prænomen sequebatur,
ut in exemplo: *Publius Cornelius Scipio &c.* manifestum datur.
Vinn. omnesq; alii autores sub §. præced. alleg. Atque hoc ipsum no-
men factā solenni lustratione recens natis pueris nono, fœmellis
octavo demum à nativitatē die imponebatur, qui exinde *Lustri-*
cus, it. *Nominalis* seu *Nominalia* appellatus. Vid. Plutarch. in *Quæst. Rom. quæst. 102.* Tertull. lib. de *Idol.* cap. 16. ubi Nominalium fōlen-
nitatis meminit, Macrob. lib. I. Satur. c. 16. Rosin. in *Antiq. Rom.*
cap. 19 §. 2. Rebhan. d. loc. Petr. Gregor. Thol. Synt. Jur. l. 36. c. 4.
n. 1. Lips. de *Nomin. Rom.* c. 1. atq; Carol. du Fresne in *Gloss. ad Script.*
med. & inf. latinit. verb. *Nomen*. ubi idem fermè Græcos observa-
se, ex Aristotele, Aristophane & Polluce refert. Quoad usum ho-
diernum videtur idem fuisse, quod nobis hodiè vulgò cognomen
dicitur. Ferret. ad §. 29 J. de *Legat.*

XV. *Cognomen* erat, quod nomini subjungebatur, ut discernen-
darum inter ipsos Gentiles familiarum, idemq; omnium, qui ejus-
dem familiae erant, signum esset; sic in Gente *Corneliā*, qui ex fa-
miliā *Scipionum*, *Scipiones*, qui ex familiā *Lentulorum* omnes *Lentili*
vocabantur. Tertium hoc nomen Plutarchus appellat in *Coriola-*
nō & *Mario*: *Theophilus ἐπώνυμος*, estq; *vel nunc primum partum*,
aut hereditarium, ut videndum in exemplis *Scipionis*, *Cæsaris*, *Cice-*
ceronis &c. ita tamen, ut & novum assumere, variisq; ex causis ve-
tustum mutare posteris semper fas fuerit, quo facto posteā illud
vetustum interdum in nomen, interdum etiam agnomen transibat.
Vid. Balduin. ad §. 29 J. de R. D. Ferret. d. l. Lips. d. l. & Gothofr.
eod. *omnesq; alii autores*, *quos hædenus hanc in rem adduximus*.
In primis evolvendum erit Calvin. *Lex. Jur.* sub voce *nomen*, *præ-*
nomen, ubi dissentientium opinione solidè refutantur.

XVI. *Quoniam* autem aliquando contingebat, ut ei, qui tria
nomina habebat, propter aliquem eventum quartum nomen & sic
alterum cognomen adderetur, ad primi cognominis differentiam,
proprio vocabulo illud *Agnomen* dixeré. Est autem *Agnomen*
cogno-

cognominis quædam quasi species, quæ tamen non omnibus erat communis. Assumebatur extrinsecus vel à re egregiè gesta, vel à facinore insigni, vel etiam à casu, qualia sunt Scipio Africanus, Numantinus, à victoriis Caligula, Publicola &c. Sic & apud Florum l. 2. c. 6. n. 27. Fabius Cunctator Imperiūq; scutum vocatus est. Conferantur Autores, ad quos sub §. 13. provocavimus, nempe Vinn. Alciat. Rebhan. Pichard. Gothon. Brisson. aliiq; &c. præprimit Theophil. ad cit. §. 29. Putat hinc quidem Anton. August. 3. emend. 8. agnomen hoc nec reperiri, nec esse necessarium. Verum maximè hinc labitur. Haud equidem negandum est, non adè frequenter ejus fuisse usum, atque hinc in Jure & apud Historicos, Poëtasq; non ita sæpius occurrere, vel maximè propterea, quod cum cognomine confunderetur, ac quasi, prout diximus, ejus species haberetur; attamen ex eo non statim dicendum, hanc nominis speciem planè veteribus fuisse incognitam, aut à Grammaticis demum confictam, minus, eandem ex d. §. 29. J. de Legat. l. 4. C. de Testament. planè esse expungendam, refragante non tantum plororumq; Exemplarium lectione, verùm etiam ipsa, que subest, rei veritate. Ferret. d. l. Rebhan alleg. loc. aliiq; Autores jamjam citati, quantumvis eandem nec Theophilus agnoscat. Et Pausanias quoque, scriptor probatissimus, in Achæcis ita scribit: Τόπε
καὶ διποτέλεσιν αἰγαίοις σερπίνω περὶ τὴν ἡγεμόνα Αττίλιον, τῷτο γάρ εἰ τῶν ὀνομάτων λογίῳ ἐνδηλέστατον, ἐπει καλέντα γε τὸ πατρόφερον οὐ μάνιον ὡς Ἑλλήνες, αἴλας καὶ τείλα ὄποτες ὀλέργιαι, καὶ ὅππι τολεῖον ὀνόματα εἰκάσι φέρουσι. Tunc autem mittunt Atheniensibus exercitum & ducem Attilium, hoc enim illi erat aliorum nominum clarissimum, quoniam non vocantur à patribus Romani, sicut Græci, sed aliquando tria, aliquando pauciora, aliquando plura nomina cuilibet imponuntur. Ergo præter tertium nomen & quartum quoq; fuit, quos multos quoque habuisse legimus, ut in exemplo jam dato: Publius Cornelius Scipio Africanus, it. Marcus Licinius Crassus Dives, Marcus Portius Cato Sapiens, Quintus Fabius Maximus Allobroox, Lucius Cornelius Scipio Asiaticus &c. Vinn. Sapiens alleg. loc. & Calv. in Lex. Jur. Hodie postquam nomina cujusque Gentis per cognomina efféruntur, propter nomina noviter adjecta, agnomina quoque haud infrequentia esse solent, prout infra cap. 3. §. 13. caus. VII. plura indigitabunt exempla. Tantum de hisce speciebus.

XVII. Quod superest, cognitionem quandam cum hâc nostra materiâ habet & illud, si quis se pro Nobili, Doctore, Notario, Studioſo & simili gerat, itemq; si quis aliena sibi adſcribat insignia. Vid. Carpz. p. 2. Q. 93. n. 36. & *Autores omnes ibidem allegant*, quâ de re in cap. subsequenti & quidem §. 16. plura differere nobis animus est. Sequitur jam

CAPUT III.

Exhibens Formam, Effectum & Contraria.

I.

Postquam à nobis in Capite præcedenti §. 9. diviſio proposita fuit in mutationem nominis, quæ fit sine fraude, & quæ talis non est, sed tendit in alterius fraudem, ita, ut prior pro licitâ, posterior autem pro illicitâ non immerito habeatur; Idcirco & duplex jam obſervanda erit *Forma*, tūm ſcilicet *licite*, tūm *probibitæ* mutationis nominum. Consiftit autem licita hæc nominis mutatione in novi cuiuscunq; nominis assumptione bonâ fide & abſq; alterius laſtione facta, vi l. noſtra un. C. de mut. nom. Nominia quippe vigore ejusdem legis tantum ad recognoscendum ſingulos ab initio ex arbitrio imponuntur, junct. l. 10. C. de Ing. manuſiſſ. & §. 29. J. de Legat. Initium autem rei ſpectare non insolens eſt apud JCtos, ſec. l. 8. pr. ff. mand. & l. 12. ff. ad S^Ctum Maced. Prout itaque ex arbitrio imponuntur, ita etiam ex eodem arbitrio & libertate poſſunt mutari nomina, cum & aliās quilibet rerum ſuarum ſit justus modeſtator & arbiter. l. 21. C. mand. l. 5. C. de Jud. Huc pertinēt ea, quæ in cap. præced. § 7. hâc de re in medium prolata ſunt. Adhæc ſi de corpore conſtet, quid opus eſt, ut de nomine curemus? l. 4. C. de Test. l. 32. ff. de V. O. l. 7. C. de Legat. Anton: Pichard. ad §. 29. J. de Legat. Menoch. de arbitr. Jud. Q. cas. 318. n. 2. Greg. Tholof. Synt. Jur. lib. 36. cap. 4. n. 1. Brunn. ad l. noſtr. un. C. de mut. nom. Carpz. p. 2. Quæſt. 93. n. 33. Atque hinc vitiosum plane eſt, intendere controverſiam propter nominis mutationem. Cic. lib. 2. ad Herenn. §. 42. Illud tamen haud ita ſimpliceri concedendum eſſe arbitror, ut quis inter Christianos nomen in baptismō inditum propriâ ſibi mutet. autoritate, cum ſecundum Montacuc. de Orig. Eccles. tom. I. p. 1. nomen talismodi baptismale abſiciens baptismum irritum feciſſe, eidemq; abrenunciæ quafi videatur. Plures pro negatiſa adducit rationes Dannhawer. in Mysterioph. p. 252. & 253.

¶ 253. Videat. de hâc quæstione citatus Dn. Moller. *dist. Disput. de fatal. person. nomin.* §. 34. ut & consummatissimus Theologus, Domin. D. Carpzov. in seinen so genanten auserlesenen *Eugen-Sprüchen* ubi in 38. Eugen-Spruch p. m. 682. hâc de mutatione ita loquitur: Was haben doch die Narren vor Ursach/dâf sie sich ihres Namens schämen? Ists ihr Tauffname/den sie endern/ so scheinet/ als ob sie sich ihrer Tauffe schämenet/ und mögen denn zu sehen/ dâf es ihnen nicht gehe/ wie jenem/ der in der heiligen Tauffe den Namen Crispinus empfangen/ so ihm hernach nicht anstehen wolle/ und sich deswegen Christianus nennete/ worüber er aber endlich in solcha Anfechtung gerieth/dâf er meinete/ es hätte ihn der Satan in Gestalt einer Fliegen besessen. ¶

II. Ceterum in aprico est, nominum mutationes & priscis temporibus haud fuisse incognitas, & nostris adhuc temporibus non adeò esse infrequentes. Præcipue vero mutantur nomina vel in *vivis constitutorum*, vel *mortuorum*.

III. De posteriori modo agit Lactantius *divin.* *Inst. lib. 1. cap. 21.* Solent, inquiens, *mortuis consecratis nomina immutari*, credo, ne quis putet, eos homines fuisse. Sic apud priscos Jo dicta est Isis, & Leda Nemesis, & Circe Marica, & Ino, postquam se præcipitavit, Levcothea, materq; Matuta: & Melicerta filius ejus Pælæmon, atque Portunus, ut apud Natalem Comitem *Mythologie lib. 8. cap. 4.* videre est, cuius Portuni meminit quoque Virgil. *Aeneid. lib. 5. v. 241, 242.*

*Et Pater ipse manu magnâ Portunus euntēm
Impulit.*

Sic & ipse Romulus post factam apotheosin vocatus est *Quirinus*, prout Historici passim loquuntur. Unde Ovid. *lib. 14. Metamorph. fab. 15.*

*Lustratum genitrix divino corpus odore
Unxit, ¶ Ambrosia cum dulci nectare mixta
Contigit os, fecitq; Deum: quem turba Quirini
Nuncupat Indigetem, templisq; arisq; recepit.*

¶ ejusdem libri fab. ult.

*-- priscum pariter cum corpore nomen
Mutat, Oramq; vocat; que nunc Dea juncta Quirino est.*

add. Flor. *l. 1. c. 1. n. 17.* ¶ 18. Limn. J. P. *l. 1. c. 11. n. 59.* ¶ 60.
Eapropter Heroum templa transiuri, ne in Deos receptum He-

roem alio nomine, quād quod impositum ex apotheosi fuit, compellantes offendenter, taciti & silentes, indictoq; sibi silentio pre-
cabantur. Rosin. l. 3. *Antiq. Rom. cap. 18.*

IV. Quando in *vivis* constitutorum nomina mutantur, fit il-
lud vel propter quadruplicem Statum, *Ecclesiasticum* sc. *Politicum*,
Oeconomicum & *Scholasticum*, vel propter alias quād plurimas *cata-
ses*, quarum potiores breviter etiam in hoc capite recensebimus.
In *Statu Ecclesiastico* notum est, tūm in Veteri, tūm etiam in Novo
Testamento, à Deo ipso hominibus nomina mutata. Ita enim in
V. T. Deus Abrahāni, Saræ, Jacobi & in N. T. Christus Petri, Ja-
cobi & Johannis &c. nomina mutasse legitur, cuius ratio fuisse
videtur, ut essent nomina ista mutata servis istis Dei *velut Sacra-
menta rerum maximarum*, & sicuti Chrysostomus loquitur, de Pe-
tri nomine differens, ὅμηρος διδασκαλία pro iugi magisterio, quæ
fidei ipsorum novas indies, in horas, vires sufficeret. Boxhorn. *Hist. un.
ad A. XXXII.* Pari modo & Paulus pristinum nomen Sauli mu-
tavit, cuius ratio videre est apud P. Contzen. in *Comment. ad Rom.
in pref. quest. 4.* Porrò & novos Christianos nomina Idolorum à Pa-
rentibus forte ipmis imposita mutasse, atque nova nomina in primis
autem Prophetarum sibi adscivisse legimus. Euseb. lib. 8. c. 21. *Hist.
Eccles. add. Menoch. alleg. loc. n. 6.* nec non Jo. Hornbeck. lib. I.
Miscell. Sacr. cap. 17. Quapropter & vitam monasticam eligentes
necessē habent cum vestimentis & nomen immutare, quod non
est κοστον̄ five mundanum, quale est *Alexii*, *Constantini* &c. sed
καλογερον̄ five Monachale, *Cyrilli*, *Theophani*, *Basilii*, *Barna-
be* &c. Elias Veielius in *Dissert. de Anabapt. Monach. de An. 1670.
§. 16. §. 30.* Sic in Chronico Malliacensi de introitu S. Maxentii,
An. Christi 1080. facto, hi versus leguntur:

*Arcu circarum celatur tempus eorum,
Anni tunc mille Christi sunt 80.
Istam confratres aulam Domino faciente
Ad Christum precibus ducat Maxentius almus,
Qui prius Adjutor, Baptismi lege, vocatus
Post me noscatur, Maxentius ultra vocatur.*

Vid. post Procop. *Perf. lib. I. c. 25.* Carol. du Fresne in *Glossar.
sub voce nomen.* Sic quoque hodiè ad Romano-Catholicos ab Ev-
angelicis transeuntes nomina quidem non mutant, novo tamen
nomi-

nomine adjecto augent. Vid. Becm. in *Not. Dignit. Illustr. Diff. s. c. 2. §. 1.* ubi refert, *hac de re graves querelas Cleri Suedici extare, indignantis Serenissimae Christinæ Reginæ Suediæ Mariae & Alexandre nomina in confirmatione Catholica adjecta fuisse.* A. M. DC. LV. d. XXV. Dec. Der Titel so einer grossen Tochter sey zwar ein grosses und wichtiges Argument für Sie: Sie führe aber nunmehr nicht von ihrem Herrn Vater den Nahmen Gustava, durch Versezung der Buchstaben Augusta, sondern von ihrem neuen Vater dem Römischen Pabste / welcher der wahren Evangelischen Religion und dessen Anverwandten / einsfolig auch der Kron Schweden ärgster Feind mit wäre / von dem Alexander nehmlich den Nahmen / daß Sie Christina Alexandra hieße: Diar. Europ. Cont. V. ad diem 29. Octobr. Historiam ipsam refert Thulden. ad A. LV. p. 11. atque actum professionis fidei Romanae à Christinâ Reginâ Svediæ factæ Londorp. Ad. Publ. Contin. l. 7. cap. 188.. Hujus occasione hic nonnulla quidem de Confirmatione, vulgo der Firmung oder Firmirung/ essent dicenda ; quoniam autem eam ipsam allegat. Contzen. dict. quest. §. 7. itemq; Speidel. in Spec. lit. F. nec non Vallens. ad tit. §. de Sacrâ und. §. 2. Barbosa aliquq; plures ab eo in collect. ad Concil. Trident. sess. 7. de Confirmat. n. 1. allegati Dd. fatis explicarunt, hinc studio brevitatis dediti Lectorem illuc remittimus. Confer. Concil. Tridentinum alleg. loc. ut & Limn. de J. P. lib. 1. cap. 11. n. 54. seqq.

V. Maximè hoc, usitatissima in Sacro Ordine *metropolitâ*, pertinet, quâ ipsi Pontifices Maximi Imperium suum inchoant, nomina statim transmutantes, atque electio facta est, quod etiam cum primâ Pontificis proclamatione ad populum statim defert Cardinalis huic negotio destinatus: *Ecce annuncio. Vobis gaudium magnum: Pontificem habemus Eminentissimum & Reverendissimum N. qui sibi Nomen imposuit N.* Vid. Thulden. ad A. M. DC. LV. de Coronat. Alexand. VII. Limn. tom. I. Jur. Publ. c. 11. n. 64. 65. & seqt. Gastel. de Stat. Publ. Europ. c. 4. n. 69. Petr. Greg. Synt. Jur. libr. 36. c. 4. n. 3. Menoch. de A. J. Q. cas. 318. n. 3. 4. & seqt. Becm. in Notit. Dignit. Illustr. s. c. 2. Theodor. in Judic. Crim. c. 8. apb. 11. 13. Anton. Richard. ad §. 6. J. de publ. jud. n. 16. & denique die so genannten Monatlichen Unterredungen einiger guten Freunde de An. 1690. mens. Aug. p. 730. 731. Itaque Pon-

tifex M. *Clemens IX.* ante Julius Rospigliosi vocatus fuit, Ante-
cessor ipsius Fabius Chigius, *Alexander VII.* & ante eum Johan-
nes Baptista Pamphilus, *Innocentius X.* dici voluit, quod ipsum
nomen etiam præsentis ævi Pontifex, antea Pignatelli dictus, in
honorem Innocentii XI. retinuit, ita ut jam *Innocentius XII.* nun-
cupetur. Hocq; institutum anteà ferè omnes Pontifices secuti
sunt, excepto *Adriano VI.* & *Marcello II.* qui præcedenti seculo ea-
dem retinuere nomina, quæ ante habuerant. In articulo mortis
tamen videntur aliquando pati, ut, seposito nomine Pontificatus,
pristino nomine privato denuò appellentur: quanquam Alex. VII.
id non admiserit: *Als der Pater Oliva sich bey Ihm seines vo-
rigen Nahmens Fabii gebrauchen wolte / antwortet Ihm der
Pabst: Wir seynd ja noch Alexander der VII. und nicht Gio Ba-
ptista Pamfilio, damit zu verstehen zu geben / daß Pabst Innocen-
tius X. seinen Respect allzu wenig beobachtet / wann er vor seinem
Ende sich mit seinem Tauffnahmen Gio Baptista vergnügen lassen/
mit Ihme were es noch nicht so weit kommen.* Diar. Europ. Cont. 17.
pag. 66. De origine hujus mutationis constat, eam tempore *Ser-
gii II.* antea os *Porci* dicti, incepisse. An autem sola deformitas no-
minis, secundum multorum opiniones, illi causam dederit, cum
pluribus hâc in re Scriptoribus, in primis Limn. d. l. n. 66. & seq.
ac Becm. cit. loc. aliisq; negare non erubescimus, potius statuentes,
(si ejus, quod voluntatis mere est, genuina potest dari ratio) Ser-
gium exemplo Christi, Salvatoris nostri, Simonis nomen in Pe-
trum seu Cepham immutantis, ad hujusmodi mutationem fuisse
adductum. add. Greg. *Tholos.* supra jam *alleg. loc.* Menoch. d. l.
n. 5. Gafst. d. l. n. 70. & 71. Id ipsum tamen admiratione dignum
est, quod etiam si omnes Pontifices Petri se successores prædicent,
nemo tamen sibi ejus nomen expertat, sed si quis vel maximè in ba-
ptismo id acceperit, & in Cardinalatu confanter gesserit, tamen
Papa factus id abjiciat. Vid. Incomparabilis *WAGENSEILIUS* in
Diss. de Elect. Roman. Pontif. §. XXII. ubi rationem à Forer. l. 1.
Antiq. papal. c. 26. hâc de re communicatam: *Damit dann dem
Petro dieser sein Nahme/ der ein sonderbares Geheimnis begreift/
allein und eigen verbleibe / pflegen sich die Pâbste ans Eherbietnng
zu enteuern/more suo, i. e.: perspicacissimè interpretatur.*

VI. Haud absimilis huic apud Patriarchas Constantinopoli-
tanos & Russicos observatur mutatio. Ita Michaelis Federo-

WIZ



wiz in Russia Parens , Fedor Nikitiz , cum Patriarcha crearetur , appellatus fuit *Filiret Nikitiz*. Olear. *Itin.* p. 58. Georg. Scholarius , primus post captam Constantinopolin Patriarcha , *Gennadius* dicebatur. V. Cris. *Turco-Grac.* p. 108. Et Malaxus in vitâ *Maximi Patriarchae* eum antea Manuelem nuncupatum scribit : 'Οποῖς
ἥτο μέρες Ἐκκλησιάρχης τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας τάντης τῆς Κωνσταντινούπολεως ὄνοματι Μανουὴλ. Ἐκαπανεῖ ἢ αὐτὸν τὸν μέρεον Ἐκκλησιάρχην Καλέζοντο καὶ ἐμετονόμασαν αὐτὸν Μάξιμον. Erat ille *Magnus Ecclesiarcha magna Ecclesiae Constantinopolitanæ dictus Manuel*. *Sumsere autem Magnum istum Ecclesiarcham Monachum* Σ mutato nomine dixerunt *Maximum*. Ubi tamen inter mutationem hanc & Pontificam hocce notandum est discrimen , quod posterior utplurimum dependeat ab arbitrio Pontificum , prior autem Græcorum & Russorum eidem literæ initiali sit alligata , id quod in allegatis exemplis , ut *Fedor* , *Filiret* , *Manuel* , *Maximus* liquet. *Bec alleg. loc.* Notanter vero dixi *utplurimum*. Memoria enim proditum est , aliquando nomina , quæ recens electi Pontifices imponi sibi volebant , à Cardinalibus fuisse repudiata. Id quod accidit in *Cosmo de Sulmone* , qui *Clemens* audire antea exoptaverat , & deinde Innocentii nomine contentus esse debebat , quia invisa tum erat Clementis appellatio , ob sedem à Clemente Avenionem nuper translatam. Similiter *Petro Barbi* , Veneto , Cardinales *Formosi* nomen non concessere , ne ob corporis ejus pulchram speciem , vanitatis id argumentum reputaretur ; quin nec alterum *Marci* , quod in mentem venerat , cum iisdem probare posset , tandem subridens , ergo *Paulum* , inquit , *me nominabo*. laudatus *DN. WAGENSEIL.* *alleg. loc.*

VII. Quod *Statum Politicum* concernit , jure meritoq; Babylo- niorum h̄c laudamus confuetudinem , quâ , qui ad Imperii gubernacula admovebatur , mutato ea suscipiebat nomine. Heurn. lib. 2. *barbar. philosophb.* Eandem etiam mutationem apud Persas in usu fuisse , docemur exemplo *Darii Codomanni* , qui post mortem *Ochi Regis* ob memoriam pristinæ virtutis Rex à populo constitui- tur *Darii nomine condicoratus*. Justin. l. 10. cap. 3. cui ratio ad- ditur : ne quid Regie Majestatis decesset. Et *Artaxerxes Mne- mon* antea *Arsicas* vel *Oartes* dictus fuit. Plut. in *Artax.* init. Item in exercitu Alexandri M. pedites Aridaeum , Alexandri Fratrem ,

Regem

Regem appellant, ac nomine *Philippi Patris* vocari jubent. Id. Justin. l. 13. cap. 3. Sic Curtius de *Omphi*, Rege Indiae: *Omphis*, permittente *Alexandro*, & Regium Insigne sumit, & more gentis sue Nomen, quod *Patris fuerat*, Taxilen appellavere *Populares*, sequente Nomine *Imperium*, in quemcunq; transiret lib. 8. cap. 12. Et apud Romanos *Alexianus* cum à Pseudo-Antonino Cæsar declararetur, *Alexander* nuncupatus fuit, avito suo nomine in Macedoniae Regis nomen mutato. Vid. Herodian. in *Histor.* L. V. Xiphil. in eod. à *Bec. d. l. alleg.* In re planè simili Tacit. 2. *Annal.* cap. 56. Igitur *Germanicus* in urbe *Artaxata* adprobantibus nobilibus, circumfusa multitudine, insigne regium capiti ejus imposuit. Ceteri venerantes regem *Artaxiam* consalutavere; quod illi vocabulum indiderant ex nomine *urbis*. Vid. omnino Freinshem. in *not. ad Q. Curt. d. l. 8. c. 12.* ad verba: *Sequente nomine imperium*. Huc etiam spectat, quod Reges creando *Heroldos*, nomina illis pro lubitu assignare consueverunt. *Et ils souloient appeller ceste imposition de nom baptiser: pour ce que les Princes renversoient coupe de vin sur la teste du poursuivant la Royauté d'armes, ou de heraut, en les nominant du nom qu'ils vouloient.* Fauchet liv. 1. de l' orig. des Chevaliers. ch. 3. Sic & ipsis Imperatoribus creatis antiquitus & nomina & cognomina nova deferebantur, impuneq; & licite illa ab iis & ab aliis accipiebantur. doc. Greg. Tholof. in *Synt. Jur.* l. 36. c. 4. n. 4. ubi & insimul exempla Vitelii sc. Severi, Juliani & Commodi adducit. Id quod suis etiam comprobant exemplis legis nostr. un. C. de mut. nom. supra memorati Auctores, *Diocletianus* & *Maximianus*. Ille enim cum adhuc privatus esset, *Diocles* vocabatur, Imperator autem factus, appellari voluit *Diocletianus*. Rupertus ad *Besoldisynops. histor.* c. 14. imò assumit quoque nomen *Jovis*; hic autem Maximianus nomen *Hercolei*. Marcus Aurelius Victor, de *Cef.* c. 39. & post illum. Matth. in *Theat. Histor.* & Joh. Cluverus epit. *histor. in vitâ utriusq.* Hodie autem inter Reges Europæos hæc nominis mutatio nulla est. *Bec. sep. alleg. loc.* Nisi, quod Carolus IV. ante se Wenceslaum dictum commemoraret ipse in vita sua à se descripta, quæ exstat, inter Bohemiæ Scriptores, ex Biblioth. M. Freheri Hanoviæ An. 1602. editos, pag. 89, ut & Lehmann. in *Pbylor. A. B. t. 5. in exordio.* Rumelin. ad *A. B. Diff. 1. §. 3.* Limn. in *Observationibus ad Eand. Obs. 5. ad proœmium & in J. P. lib. 1. cap. 11. n. 45.* & ante hos Cuspinian. in *vitâ Caroli IV.* Rex Abyssinorum tamen eâ adhuc utitur. *Mos quoq;*

quoq; in *Æthiopiâ* invaluit, ut tempore Inaugurationis Regibus *Æthiopiae* boni omnis causâ cognomentum aliquod votivum, quod deinde Nomini Baptismali plerumq; prævalet, acclamaretur. Hotting. Topograph. Eccles. Or. c. 5: Quo intuitu Atani Tinghil, qui ad Emanuelm, Regem Portugalliax, scripsit, te Inaugurationis tempore *Davidem* vocatum prohibet apud Damian. de Goes de mor. *Æthiop.* Ac nomen *Pretiosi Johannis* inde enatus suspicatur Hottinger. loc. ant. cit. Also auch in Frankreich / welcher die Grafschaft Laval besitzt / muss jederzeit den Nahmen *Guy* (*Guidonis*) de Laval führen. Dietherr. in Add. ad *Besold. Thes. Præf.* sub voc. *Namen*.

VIII. Hic quoque non prætereundum, quod & peregrini, qui ad Jus Civitatis Romanæ admittebantur, nomen Romanum assumere necesse habebant, & ejus potissimum, cuius clientela se submittebant, vel cuius munere civitate erant donati, ut *Caburus Gallus* ap. Cæs. in comment. quia à C. Valerio Flacco jus illud haberat, *C. Valerius Caburus* dictus est. Sic Philoxenus est *C. Avianus* dictus; Sic Megas est *P. Cornelius* nuncupatus, ut est apud Cic. epistola ad *Acilium*, quod & multis aliis exemplis ostendi potest & ab aliis adnotatum est. Sic denique Archias Poëta, posteaquam Civis Romanus factus est, *Aulus Licinius* appellari coepit, quod in illâ Oratione pro Archiâ ipso habitâ idem ostendit Cicero. Vid. Alciat. Parerg. Jur. l. 9. c. 16.

IX. Siftit jam nobis se te tertius Status, nimirum *Oeconomicus*. In hoc Statu triplex observari meretur potestas, *Maritalis*, *Herilis* & *Patria*. Ratione *Maritalis* nupta, tanquam familia finis l. 195. §. ult. de V. S. familia suæ nomen immutat, & mariti assumit. Cujus rei Deum autorem Cypræus statuit, utpote qui à viro nomen mulieri imposuit, ut ab ψ. Isch., adiectione unius literæ η, ην, Ischa nominaretur, quasi à viro vira. Quod ipsum tamen non immediate Deo ipsi, sed potius Adamo adscribendum esse censet Dietherr. in addit. ad *Besold. Thes. Præf.* sub voc. *Namen* cum Adam Evam primùm conspiciens dixisset: *Hoc est os ex ossibus meis* Καρον ἐκ σαρκὸς μεῶν: *propterea vocabitur virissa*, quia ex viro sumta est ista: Gen. 2. v. 23. Idq; etiam apud Hebræos deinceps fuisse servatum, ex Prophetæ Esaiæ verbis cap. 3. in fin. evincit. Refert quoque ibidem jam laudatus Autor Dietherrus antiquam formulam, quā uxor mariti domum ingressa utebatur: *Ubi tu Caius, ego Caja ero*, sec. Petr. Heig. ad pr. J. de patr. pot. n. 25, insimulq; ex Lucano

elegans exemplum de *Martia*, anteà Catonis, sed postèà Hortensii uxore, allegat, in verbis:

-- *Da tantum nomen inane
Connubii, liceat tumulo scripsisse Catonis.
Martia.*

Vid. tamen de hâc nominis mutatione Menoch. *de A. J. Q. cas. 318.*
n. 16. 17. Notari etiam hîc meretur, quod Græcis Byzantinis & præfertim ipsis Augustis solenne fuit, cum sibi ex Latinorum Gente uxores asciscerent, earum nomina mutare. Ita Johannis Comneni uxor, Ladislai, Hungariæ Regis, filia, quam Pyriscam vocant Thwroczius, Bonfinius & Pistorius, hanc in rem allegati à Carol. du Fresne *in Glossar.* verbo *nomen.* & Bertha, Conradi Imperatoris filia, Manuela, Johannis filio, nupta, *Irenes*: & Agnes, Ludovici VII. Franc. R. filia, Alexii Comneni conjux, *Anne* nomine donata sunt. Cujus moris alia exempla complura suggerit du Fresne *in Famil. Byzant.* ad quem locum in *Glossar.* provocat. Hoff. *in Lex. univers.* sub voce *nomen.* Porro peculiare quid est, quod Gentes in Occidentali reperiantur Indiâ, quæ viris conjugatis eam indulseré facultatem, ut uxoribus suis certa possint imponere nomina. Als die wilden Tuppin Zimba nennen ihre Weiber Quoniam, an den Orten aber / da sie mit den Portugiesen umgehen/ Mariam. Dn. Moller. *cit. loc. §. 7.*

X. Vigore Herilis potestatis Dominus seruo pro arbitrio nomen, vel à gente, ut ὁ Σύρος, vel à complexione ac calore, ut ὁ Σαρδικός, seu ὁ Πυρηναῖος: vel à dotibus, ut ὁ Πιστός, ὁ Δρόμων, vel à tempore, quo emebantur, ut ὁ Νεομηνίας, vel denique à Prænominitbus propriis, ut Caipor, Lucipor, Marcipor, Publipor &c. teste Phot. & Vossio *in Oratoriis*, quos sequitur Hoffm. *in Lex. univers.* d. l. imponit iterumq; immutat, prout cap. 2. §. 11. ex Hillig. *ad Donell.* demonstravimus. Libertus quoque nomen Patroni assumbit & ejusdem cum Patrono suo familiæ esse censetur, hinc eruditus ille libertus Ciceronis *M. Tullius Tyro* dictus est, test. eod. Hilliger. l. 2. c. 15. lit. F. cui addi possunt *lex. 108. de cond.* Ἐ demonstr. l. ult. de *Instit.* l. 126. §. 2. de *V. O.* Curt. 1. *Conject.* 26. Briffon. 1. *antiq.* 11. Ἐ 2. ant. 14. Gothofr. ad l. 9. C. de liber, caus. Ἐ ad l. 10. C. de ingen, manumiss. Menoch. d. l. n. 7. Perez. ad l. nostr. un. Alciat. libr. 4. *Dispunct.* c. 1. Ἐ lib. 9. Parerg. Jur. c. 16. Alex. ab Alex. lib. 2. c. 19.

XI. Tan-

XI. Tandem ratione Patriæ potestatis pater non tantum nativus, sed & civilis, seu adoptans, liberis pro lubitu nomina indere & mutare potest. Exempla habemus in Sacris literis in *Lamechio*, Gen. 5. v. 28. *Jacobo*, Gen. 35. v. 18. & *Zachariā*, Luc. 1. v. 63. Ratio, cur tale jus *privato* *tertios* Patribus competitat, ex Grot. de J. B. § P. libr. 2. cap. 5. §. 1. § 26. peti potest. Quā ratione autem & quibus potissimum modis ista nominum impositio soleat fieri, videre est apud cit. Dn. Moller. in dict. Diff. de fat. pers. nomin. a §. 2. usq; ad 8. In primis hīc notandum, quod apud Romanos illi, qui per adoptionem alterius siebant familiae, nomina & cognomina eorum, à quibus adoptabantur, accepēre: addito in fine nomine suae Gentis vel cognomine aliquo familiae suæ peculiari, e.g. M. Junius Brutus, cum adoptatus esset à Q. Servilio Cæpione Agalone, vocavit se Q. Servilium Cæpionem Agalonem Brutum. Octavius contraria adoptatus à Julio Cæsare, Nomine suo Gentilitio retento illud in adjективum mutavit, nominariq; voluit: C. Julius Cæsar Octavianus. Imò & agnomen quandoque retinebant. Sic Atticus adoptatus à Q. Cæilio, Q. Cæcilius Pomponianus Atticus dictus est; vel novum agnomen virtute merebantur, quemadmodum Octavius Augustus postea agnominatus fuit. Hoffm. in Lex. univ. p. 215. Limn. J. P. c. 11. n. 71. Perez. d. l. Alciat. d. l. conf. tamen Boëcler. dissertat. de Auspicio Regio.

XII. Ordo me jam ad quartum & ultimum Statum, nempe Scholasticum, deducit, in quo saepius Discipulis à Præceptoribus mutari solent nomina. Sic Sabino Poëta, anteà Schulerio dicto, à Poëtis & Præceptoribus nomen fuit immutatum. Judicarunt enim illinomen exile Schuleri, quod Scholasticum seu Discipulum nostrâe lingua sonat, tanto Poëtâ indignum esse. Lemnii huc pertinet distichon:

*Dicitur Diceris ingenii propriâ virtute Sabinus,
Alter de patria Gente Sabinus eras.*

Sic, teste Thuano *Hist. lib. 26.* Joh. Reuchlinus Philippi **Schwarze**, Erd Cognomen in Græcum *Melanctbonis* nomen mutavit, sicut suum à fumo denominatum ab Hermolao Barbaro olim in Italia in *Capnionem* conversum meminerat. Sie Johannes **Häusslein** in *Oecolampodium*, Johannes in *Wendelstein* mutatus in *Cochleum*, aliter aliis sub renascentibus literis in Germania, nomina fuere

immutata. Aliud exemplum refert Geisler. in *Dissert. de hâc mater.*

§. 54.

XIII. Absolutô jam quadruplici Statu , nunc ad cæteras causas , ex quibus licita etiam nominum mutatio solet contingere , progredimur . Tales sunt (I) *Metus violentia*, ob quem , tanquam defensio pro se suis ; rebus , licita est mutatio nominis , ut sæpius accidit in hostibus , latronibus &c. Prosper. Far. *Pirax. Crim. q. 150.*
n. 145. (II) *Depulsio morbi* , qualis *metropoecia* apud Judæos conspicitur , qui eam toties adhibere consueti sunt , quoties periculis affliguntur morbis . Hujusmodi formulam recitat Becm. *sep. alleg. loc. ex Buxtorf. Synag. Jud. cap. 49.* *Misereatur Deus super N. viteq; ac valitudini pristina eum restituat* , voceturq; in posterum nomen ejus *N. latetur in nomine hoc suo* , & confirmetur illud in eo &c. Sit quoq; beneplacitum tuum , o Deus , ut mutatio nominis ipsius faciat ad abolendum ab eo omnia decreta dura & mala & ad lacerandam sententiam contra ipsum latam ; si mors decreta est super *N.* (nomen prius) non tamen decreta est super *N.* (nomen posterius & novum) si decretum malum factum est contra *N.* non est factum contra *N.* Ea hâc horâ est quasi vir altius , sicut creatura nova , & sicut parvulus recente natu ad vitam bonam & longitudinem dierum &c. Vid. etiam supra allegatus Carpzov. in den so genanten Eugend Sprüchen d.l. p. 678. (III) *Metus infamie*. Eapropter nomina mulieres mutabant , quaæ sua nomina apud Aëdilem profitebantur , meretricum quæstum incepturn. Lima. J. P. l. 9. c. 1. n. 86. *Die Huren/ die öffentliche Huren Häuser wolten halten/ pflegten ihre Mahmen zu ändern / Holländisch Kriegs: Recht art. 69. Plaut. in Pœnulo et. 5. scen. 3.*

*Namq; bodiè earum mutarentur nomina,
Facerentq; indignum genere quæstum corpore.*

Cui loco Taubmann. in *Comm.* addi poterit. Cornel. Tacit. 2. *Annal. 85. n. 2. Vistilia*, inquit. *Pretoriâ familiâ genita, licentiam stupri apud Aëdiles vulgaverat; more inter veteres recepto, qui satis penarum adversum impudicas in ipsa professione flagitiâ credebant.* Hinc Juvenalis de Messalinâ scriptis *Satyr. 6. vers. 124.*

*Titalum mentita Lycise,
Intraisti quoties inscriptæ limina celle.*

Mere-

Meretricum enim cellis inscripti erant tituli. Unde Seneca *libr. r. controv. 2.* Meretrix vocata es, in communi loco stetisti, superpositus est cella tua titulus, venientes receperisti. Vice versa vita meretricia & quæstui meretricio renunciantes, nomen sibi ingenuum liberumq; refumebant, priore illo meretricio sc. deposito. Alciat. *alleg. loc. sub lit. b. (IV)* *Spes lucri*, qualis occurrit in hereditatibus, legatis & donationibus, si nempe quis sub eâ conditione sit heres institutus, vel alicui aliquid legatum donatumve sit, ut nomen testatoris aut donantis assumat. Quo in casu mutatio omni jure procedit & à Prætore exigitur sec. *l. 63. §. 10. ff. ad SCtum. Trebell.* Et de donatione extat textus *l. 19. §. 6. ff. de donat.* Sic Augustus Cæsar, quos heredes primos dum instituit, Tiberium ex parte dimidiâ & sextante, Liviam ex parte tertia, *jusit ferre nomen suum.* Suet. *in vitâ iſius c. 101.* jung. Gothofr. *ad l. 63. §. 10. ff. ad SCtum. Trebell.* ubi sub lit. *l. Ciceronem l. 3. offic. Epistol. 8. lib. 7. ad Atticum*, plura exempla ejusmodi habentem, allegat. Remittit tamen hanc conditionem ferendi nominis Prætor in famosis & turpibus nominibus, ut si nomen testatoris *Vip̄ellionis* quis deferre jubeatur, *quia dignitatis ratio habenda est.* *l. 8. ff. ad SC. Trebell.* Conf. etiam hâc de re Alciat. Menoch. d.l. Petr. Gregor. *Tholos. l. 36. c. 4. n. 5.* Perez. d.l. & omnino latissimè id tractans Guil. Bened. *in c. Raynūtiuſ in verbo de Clera n. 44.* Et sequent. de *Testament. itemq; Tyrāquell. in trāft. de leg. conmubial. lib. 5. n. 24.* (V) *Turpitudō nominis*, ob quam haud raro obvenient folet mutatio. Brunn. *ad l. nostr. un. C. de mut. nom. n. 1.* Farinac. *quaest. 150. n. 145.* Sic in Narisciâ familia quædam mihi nota est, qua cognomen *Miruſ* sibi adscivit, cum anteà *Narren* nominarentur, itemq; alia quædam familia, cognomine *Sünderhauff* assunxit sibi aliud: *Sion der Hauff.* Nec enim satis honestum videtur habere nomen, quod turpe quid significare possit. Gregor. *Tholos. d. l. n. 3.* cum turpia nomina sâpè in malam partem sonent & sinistram inducant suspicitionem. Guil. Bened. *alleg. loc. n. 52.* ubi ex *cap. 26.* *¶. de elec.* Et *c. 1. de depos.* exempla de *Mascarone*, qui Simoniacus fuit, & de *Beliade*, qui propter furta torturæ fuit suppositus, hanc in rem adducit. Atque hinc in materiâ inquisitionis, quando plures capti essent, ac dubium, à quo quæstio prius inchoanda fit, cessantibus aliis indicis, ab illo bene inchoari posse, qui turpe nomen haberet, statuit Barbos. *lib. 12. c. 14. ax. 2.* ibidemq; pro hâc suâ sententia plures alios

Autores allegat. Cui tamen sententia non nisi cæteris paribus
calculum nostrum adjicimus, perinde ac illi, quod è contrâ, pul-
chrum nomen bonam inducere præsumptionem, Barbos. *cit. loc.*
afferat, cum secundum notissimos illos G. Sabini versus in Epi-
grammat.

*Te magis elinguis cum sit nec agrestior alter,
Quare Mercurii nomen inepte geris?
Non ita quod prætas dicendi laude, vocaris:
Sed potius, turpi furtu quod arte facis.*

Item

*Diceris Urbanus: sed nominis immemor bujus
Semper inurbanus, cum bibis, esse soles.*

quām plurimi hodiè, qui, posthabito boni ominis nomine, quod-
vis ferè malitiæ genus exercent, inveniantur. Ut ut cum Limn.
lib. i. J. P. c. 11. n. 48. Parentibus consulendum esse censeamus, il-
los nempe debere liberis ejusmodi nomina imponere, quibus auditis per-
petuò moneantur pulcherrimarum actionum, quibus & vita decorum
continetur & summa felicitas comparatur. Sic, inquit, Aristoteles
nomine suo monebatur, tum nihil ut faceret, quod non ad optimum finem
conduceret, tum ut quecumq; moliretur, ea & optimè perficeret, & ad
summum bonum referret, it. n. 49. & seqt. ubi & Pythagoræ, Socratis
& Plutarchi nomina explicat. Conf. citatus Carpzov. in *Eugen- Sprüchen* p. 664. De *Erasmo* constat, illum genuinum nomen
suum Gerhardus Gerhardi, quia vocabula desiderabilem & amabili-
lem indolem ipsi denotare videbantur, cum isto, quo postea inno-
tuit, *Desiderii Erasmi* comutasse. Voss. *de Theol. Gentil.* l. 3. c. 85.
Quid? quod ipsis Pontificibus in assumptione novi nominis usita-
tum est, ut, qui fortè malefici anteâ fuerunt, *Bonifacii* appellantur,
qui timidi *Leones*, qui rustici *Urbanii*, qui improbi *Innocentii*, qui
ferocios *Clementes*, qui male audierunt, *Benedicti*, ut saltem nomine
ornamento sint dignitati. Vid. DN. WAGENSEIL. *alleg. loc. ex Po-*
lyd. Virgil. lib. 4. de Rer. Inv. c. 10. jam dicta referens; quamvis
etiam ibidem addat, non defuisse, qui alias mutandi nominis occa-
siones captarunt, ut *Aeneas Sylvius Pius* salutari voluit, ut in se
quadraret illud Maronis: *Vir pius Aeneas.* De pulchro nomine
JOSEPHI vid. Fritsch. *in annot. ad Capit. Josephi I. p. 144.* Inde et-
iam dicitur, quod præmium sit non modicum, pulchrum & hone-
stum

stum habere nomen, cum à nomine & cognomine multoties sumatur & permissa sit argumentatio. *Guil. Bened. alleg. loc. Eberh. in loc. ab Etymolog. n. 1.* adeò, ut si venderentur, maximo emi debarent pretio. *Joh. Andr. in cap. 1. §. de depos. &c. 16. §. de praebend.* Imò

*Nomina sunt omen, venturi præciosus Idmon
Fertur & Hyppolitus dilaceratus equis.*

XIV. Nullam tamen híc cum Limn. *alleg. loc. n. 74. 75.* agnoscamus (α) fatalitatem nominum, quòd committere dicit Estienne Pasquier *es recherches de la France livr. 4. chap. 24.* & autor sequentium:

*Il ne faut plus nominer Henrys les Roys de France:
La mort par deux cousteaux, & un esclat de lance.
A tué trois Henrys; l'un joustant à cheval,
L'autre en son cabinet, le tiers en sa carosse.
Cinq Roys du nom de Jacque, ont fait croire à l'Escoffre
Qu'il y a dans les noms quelque secret fatal.*

h. e. non amplius Reges Gallie nominari debent Henrici. *Mors per duos cultros & unum fragmentum Lancea interfecit tres Henricos: unum equestri Lancea ludentem in equo, Alterum in conclavi suo secreto, tertium in suo carpento.* *Quinq Reges nomen Jacobi habentes, fecerunt, ut credatur in Scotiā nominibus inesse aliquod secretum fatale.* Sic nomen Philippi prorsus ominosum esse Magnatibus tradit Richt. in axiom. *œconom. ax. 4. exempl. 2.* Et apud Wurffbain. in *Relat. Histor. p. 6. pag. 166.* sequentia hác de fatalitate habentur: *Bey welcher Stadt Padua neben andern an des daselbsten befindlichen Antenoris Grabstatt/ und dem dabey gesundenen Schwert 7. Vers des haubtsächlichen Inhalts begriffen seyn: So oft dieselbe Stadt einen Regenten / dessen Nahmen von dem Buchstaben A seinen Anfang nimmt/haben würde/so oft werde Sie allerhand Endung und Gefahr ausstehen müssen/ welches auch bey dem Antenore, Attila der Hunen/Agilulpho der Gothen König/ Actiolino dem Tyranno, Anseditio seinem Vettern / Alberto Scaligero und Andreä Nerio der Carrienser Obersten in der That erfolgt ist.* Item porrò: *Bey welchem Paß denn mercens werth ist/ daß auf manchen Nahmen sich was besonders zugetragen hat: Als da zum Exempel bey den alten Römischen Kaisern alle und jede/ welche das Wort Caji zum Vornah-*

Vornahmen gehabt haben / nehmlich C. Julius Cæsar, C. Tiberius, C. Caligula, C. Galba; C. Vitellius/ und andere/unnatürlichen To- des gestorben seyn. So hat man auch bey dem Muhmen Sexti er- fahren müssen / was er in der Stadt Rom für Fiammer und Noth angerichtet hat / darauf denn nachfolgende Vers geschmidt worden seyn: Sextus

Vendit Alexander Sacra menta, Altaria, Christum,

Emerat ille primus, vendere jure potest.

Sextus Tarquinius, Sextus Nero, Sextus C. iste

Semper sub Sextis perdita Roma fuit.

Darbev auch noch ein anderer Fall vorhanden ist, welcher massen un- ter den Fürsten des Reichs/dren einerley Namens und Geschlechts in- nerhalb 10 Jahren ein vornehme Stadt zu dem vierdenmal mit allerhand Belägerung angegriffen und verfolgt haben. Hactenus ille. Zu Erfurth in Thüringen solle man keinen in Rath/ der Peter heist/ nehmen / telfte Mart. Zeiler. in *Miscellan. pag. 240.* nec non in *Tract. de dec. Circul. sub Circul. Saxon.* in verbo : Erfurth / It. Wo ein Johannes im Haß sey / da schlag der Donner nicht ein/ und da er gleich einschluge/schläge er doch keinen Schaden. Id. p. ead. In *Misnia familiâ nobili,* que tria sibi elegit peculiaria prænomina, de quâ anteâ, nisi unum imponatur infanti recens nato, illum qua- si fataliter mori, asserit Dietherr. in *contin. Besold. p. 438. sub voc.* *Namen.* Pari modo & Comitem Olivariensem Don Caspari de Guzman, filii sui naturalis A. M DC XLII. publicâ agnitione legiti- mati, nomen *Juliani*, in baptismo ipsi impositum , utpote Hispaniæ Regibus semper infaustum, abrogasse, eumq; Heinricum Philip- pum vocasse , doc. Becm. *alleg. loc.* Vid. omnino Dn. P. Moller. in *diss. de fatalib. person. nomin.* ubi plura ejusmodi nomina secundum seriem alphabeticam congesta reperties. Verum enim verò in omnibus hactenus adductis exemplis nudis nominibus ef- fectum talismodi nuda tantum tribuit superstitio , non vera aliqua religio. Carol. Paschal. in *legat. c. 7.* Nomina enim mera sunt ac- cidentia, atque adeò accidentia, ut neutiquam sint res , sed rei ab animo ficta nota. Jul. Cæsar Scalig. *exerc. 260.* Optimè hinc Born- meister. in *lib. cui tit.* Neu-eröffneter Schau-Platz der Kayser/ pag. 1028. die Namen / inquit , die Tag / der Ort haben an und vor sich selbst keine Kraft / oder Würkung / durch welche den Menschen könnte

könne ein Unfall zugezogen werden / und ist demnach nicht außer allen Aberglauben / wenn man darinnen etwas besonders suchen wolle / da doch nichts zu finden. Gleichwohl muß es was seyn / das solche wiedrige Fäll verursacht: Was es aber sey / das läßt sich nicht anders / als durch Mutthmassung aus Ermangelung anderer Gründe schließen. Und könnte man demnach da hinaus gehen / daß ein soich mächtiges Wesen seyn müsse / durch welches Gottes Wunder Regierung / aus / dem Menschlichen Verstand ganz unerforschlichen Ursachen / etwas solches will verrichtet haben. Multo minus (§) cum Limn. alleg. loc. n. 76. nobis arridet sic dicta Cabala, cuius munere profundam aliquam è nominibus eruere excellentiam haud pauci haec tenus laborarunt. (VI) *Amor modestie.* Huc Scriptores non nulli *Anonymi* aut potius *Heteronymi* referri queunt, qui plurima scripta aut nullo plane nomine subscripto, aut potius assumto alieno in lucem edunt. De quibus Geisler. in *Diflert. de Script. Anonym. tb. 6.* ubi inter alia exempla non immeritò *Gustavum Selenium i. e: AVG VSTM, Brunsvicensum & Luneburgensem Duce*m, omni literarum genere exultissimum Principem, eo nomine clarificere tradit; præprimis vero Vincent. Placc. de *Script. & Scriptor. Anonym. atq; Pseudonym.* in quo tractat ad sesquimille omnis generis argumenti linguarumq; scripta, partim nullis, partim falsis Nominibus præfixis antehac edita, suis Auctioribus restituit. His addi potest Limn. cit. loc. n. 72. qui ingenere de Autoribus heteronymis sic loquitur: *Hodiè licentiosò hoc seculo, numero plurimos reperire licet, qui, nescio quā gravitate, cum Edmundo Capiano concert. Eccl. Angl. 3. sèpius & nomina & vestes mutant & Protheo mutabiliores in theatro literario apparent.* Ita mox videbis Eberhardum à Weibe, mox Durum di Pascalo, mox Warenumdum ab Ehrenberg, mox Mirabilem de Bona Casa unum eundemq; Politicum constituere. (Quem proinde Dan. Otto de Jure P. cap. 10. in princ. Proteum in nomine, quidam vero qui se Dominum Christophorum von Burgersdorff appellare amabat, in Clasico illo, sub tit. Erinnerung von der Calvinisten Art und Feindseligkeit / propterea traducit, & den Nasenweisen Hoff Schul-sächsischen Doctor Edelmann nennet / hunc tamen contra Sarcasmum illius, Author der Ableinungen und Gegenerinnerungen / solide defendit.) Nunc erit (Petrus) Syringus, qui modò (Justus) Springer. erat: *Ant. Benbellona de Gudentiis dabit Bartholomaum Gericium. Regius Selinus, Christ. Thrasylulus, Christianus Aleman-*

mannus, unum repreſentabit Baſiliū Monnerum. *Tortus*, qui contra Regem Britannie ſcripſit, Bellarminus erit: *Harminius de Moſa*, *Hermannus Fabronius*, *Carolus Scribanus*, *Jacobus Keller*. Tantū Limnæus. Sic porrò *Ambroſius Wolffius* erit Chriſtophorus Hardeſianus; *Mefſalinus*, Salmaſius; *Franciſcus Burchardus*, Andreas Erſtenbergius; *J. Guetherius*, Janus Gruterus; *Nicolaus Bellus*, Michael Caſpar Lundorpius; *Latinus Pacatus*, Dominicus Baudius; *Baſilius de Varna*, Andreas Libavius; *Sibaldus Brandinus*, Bartholomaeus Pitificus; *Joachimus Viſtius*, Chriſtianus Beſmann; *Job. Werner Gebhard*, Hippolitus à Collibus; *Tilemannus de Benignis*, Joh. Goeddeus JC.; *Manhorſt*, Caſpar Obſopœus; quibus annotata jungi poterunt Dietherr. *in contin.* Beſold. pag. 438. ubi refert, Anno 1670. *Veriburgi* prodiſſe larvam detracitam, b. e. brevem expoſitionē nominum, ſub quibus Scriptores aliquor Pseudonymi, recentiores in primis, latere voluerunt. Et post Vincentium Placcium, Johannes Deckherr. *in Conjectur. de Script. Adeſpoi.*, *Pseudograph. &c.* & Thomaſ. *de plagio literar. &c.* (VII) *Dotes animi & corporis*. Hæc mutatione ut plurimum ab aliis descendit, qui vel pristinum nomen planè immutant, vel illi novum aliquid agnomen addunt. Sic qui prius Tyrtamus, pofta divino ſuavifimæ orationis fluxu *Theophrastus*: qui prius ab avo Ariftoteles, pofta *Plato*, vel ab humerorum latitudine, vel potius à latiffimâ felicifimi ingenii ad dicendum diſputandumq; copiâ, ductâ mutationis ratione, nominatus. Limn. d.l.n.70. Menoch. d. A. J. Q. lib. 2. c. 318. n. 9. 10. 11. & ſeq. ubi de *Homero*, *Cicerone* & *Archia Poëta*. Sic Vefpafianus *amor & delicia generis hu- mani*, Joachimus, Elector Brandenburgicus, *Nefſor Germanicus*, Fridericus, Dux Saxoniae, *bellicosus*, & filius ejus Albertus, *animosus* itemq; *Germania Dexter* & *Hector*, Heinricus, *Pius*, Fridericus, *Sapiens*, Johannes, *Confſans*, Fridericus, *Magnanimus* & ſic porrò fuere agnominati. Lucius Sicinius Dentatus ob ingentem fortitudinem appellatus *Achilles Romanus*. Johannes Chriſtophorus Oelhaffius JCtus, Confiliarius Norimbergenſis, quondam hujus Academiæ Procancellarius, à quodam magni nominis viro *Inven- tarium Politicorum Imperialium* fuit dictus. Dietherr. *in addit. ad* Beſold. *Theſ. p. 680*. A dotibus corporis ipſa Familia *ENGELSCHA LLIORUM* (*abſit tamen arrogantia dictis!*) nomen ſuum ſortita eſſe videtur, quorū ſpectat hiſtoria, quaꝝ mihi ex libro quodam Genealogico

logico sub hisce formalibus innotuit: Die Engelschalle haben vorhin Falckenauer geheissen / nehmlich es ist einer von Falckenau an eines Fürsten Hoff gewesen / und hat sich eßliche Jahr daselbst aufgehalten / bis er wegen seiner treuen Dienste zum Cammerer ist ange nommen worden / bey welchem Amt er sich eine lange Zeit wohl und ehrlich bey Hoff gehalten; Einsmahls ist ein Gespräch über der Tafel gehalten worden / und hat die Fürstin desselben Orts angesangen: Er sehe wie ein Engel / darauf der Fürst gesaget: Ein Schale dar neben / usf solche Reden / so geschehen / hat man ihn nicht mehr Falckenauer / sondern den Engelschalek genennet / bey welchem Nahmen es auch verblieben. In seiner Kundschafft und Wappenbrieff hat man genauere Nachricht gehabt / dasselbe ist alles durch Feuersbrunst zu Olshniz mitverbrennet worden ic. Huc facit Paul. Fürstens Wappenbuch / ubi p. 2. fol. 61. & insignia & familiam inter Nobiles Bavarios relatia videbis. Sed enimverò quæ multas hactenus hac in re pressere fata, ea etiam in nostrâ experti sumus familiâ, dum plurimi à genere illo nobiliori descivere.

XV. Consideratâ hactenus Formâ licite mutationis , nunc ad prohibitæ ~~perniciosaes~~ formam accessum facimus, quæ toties contingit, quoties quis sciens prudensq; atq; ita dolosè in alterius fraudem & prejudicium nomen immutat. Hæc enim est Differentia specifica inter permittam & prohibitam nominis mutationem. Et prout alias in Crimine Falsi inter alia tria potissimum concurrere debent requisita, Fachin. lib. 1. contr. 94. Mynsing. in §. item Lex. Cornel. Inst. de Public. Judic. Afflict. dec. 21. n. 12. Thoming. conf. 15. n. 17. Ita & in præsenti mutatione nominis, tanquam specie quâdam falsi, necesse est, ut quis hoc faciat sciens & dolosè. Dolus enim falsi causa proxima. l. 27. ff. ad L. Cornel. de Fals l. 16. de Test. l. 21. C. eod. Novell. 73. in præfat. & sine eo non committitur l. nec exemplum in verbis: cum non nisi dolo malo falso committentes criminis subjugentur. 20. C. ad L. Cornel. de Fals c. homines. c. 25. autem c. 22. quæst. 2. Menoch. d. l. n. 1. & de presumt. lib. 5. præf. 20. n. 51. Mascard. de Probat. lib. 2. concl. 739. n. 12. Farinac. quæst. 150. n. 273. Petr. Gregor. lib. 36. c. 1. n. 6. & c. 5. n. 2. Theodor. in Judic. Crimin. cap 8. aphor. 1. lit. b. Carpz. p. 2. quæst. 39. n. 6. Nec tamen sufficit dolus præsumptus, sed vere illum adfuisse probari debet. Carpz. d. l. n. 7. Eckolt ad tit. ff. ad L. Cornel. de Fals. n. 8. In dubio namque error potius, quam dolus in crimine falsi præsumitur. l. 5. C. de his qui fib.



adscr. in test. l. 6. C. de Dol. Menoch. l. 3. consil. 221. n. 16. Boer. del. 16. Deinde etiam requiritur, ut id fiat *cum immutatione veritatis*, atque sic reali assumptione falsi alicujus nominis. Nec enim alias falsum statim committitur, si dolus fuerit adhibitus, nisi etiam veritas mutetur & pervertatur. l. 23 ff. ad L. Cornel. de Fals. Novell. 73. in pref. Meier. ad J. tit. de Publ. Judic. n. 7. Tandem denique *in fraudem & præjudicium tertii*. Falsitas enim non nocibilis ex L. Cornel. de Fals. purienda non est, eaq; communis Dd. sententia est. Farinac. alleg. loc. n. 291. § 292. ubi multos alios autores allegat, itemque Carpz. d. l. n. 10. Hisce tribus requisitis concurrentibus fraudulentia atque sic prohibita inde enascitur nominis mutatione. doc. l. nostrā unic. C. de mutat. nom. § l. 13. ff. de L. Cornel. de Fals. Add. Wefenb. in Paratit. ff. eod. n. 8. Bertaz. consil. 408. n. 14. Farinac. d. l. n. 144. Theoder. d. l. n. 13. Carpz. d. l. n. 33. Hotom. consil. 35. n. 7. Menoch. d. l. n. 19. Petr. Gregor. cit. loc. n. 1. Anton. Pichard. ad §. 7. J. de publ. Jud. n. 17. Perez. ad l. nostr. unic. C. de mut. nom. Brunn. ad eand. Ludwell. in Exerc. E. 18. t. 7. b. Limn. l. 1. J. P. c. II. n. 58.

XVI. *Duos autem h. I. constituant modos*, sub quibus ista prohibita mutatione evenire solet. *Primum*, cum quis *non dissimulata personā* alterius nomen assumit; *Secundum*, cum quis *personā dissimulata* se alium esse mentirur. Menoch. d. l. n. 19. Carpz. alleg. loc. n. 34. § 35. Anton. Pichard. alleg. loc. Limn. d. l. Eckolt. d. l. n. 5. *Quos modos*, cum naturam hujus illicitae mutationis omnino exhaustire videantur, non immerito hīc meos facio, breviter simul ostensurus, quānam species ad unumquemque illorum sint referendae. *Ad priorem* itaque modum, *dum scilicet quis non dissimulata persona alterius nomen assumit*, pertinet, (1) si quis alterius nomen, ipso dissentiente, assumit, cum per id confusio familiarum exortatur. Publicè autem interest, cognoscere nationes, ne claræ & honestæ familiæ pereant & confundantur commixtione & suppositione infectorum, arg. l. 1. §. 13. ff. de Ventr. infpic. Vid. Guil. Bened. de Test. in cap. Raynut. verb. de Cleran. 57. § 58. ubi plures hujus prohibitionis reddit rationes, itemque Viv. aec. 324. (2) si quis nomen mutat, ut scelerā sua commodius & impunē perpetret, vel perpetrata in alios transferat, aut ipse etiam possit aufugere. Id. Guil. Bened. alleg. loc. Salicet. ad leg. nostr. unic. Manz. ad §. 1. J. de Injur. n. 37. In specie autem (3) si quis in celebratione contratus

Etus aliud sibi nomen assumit, ne postea contraxisse dicatur, & ex instrumento convento excipere possit, se non esse eum, qui in instrumento dicitur promisisse. Perez. ad l. nostr. unic. n. 1. Carpz. d. l. n. 35. Limn. alleg. loc. n. 58. Menoch. cit. loc. n. 23. (4) Si mercator ad fraudanda vectigalia, vel ingenere in prajudicium alterius nomen aut signum alterius assumit. Farin. d. l. n. 142. Brunn. ad l. nostr. unic. & Menoch. d. l. n. 24. 25. ubi & de Notario aliud signum sibi assumente agit, cui addi potest Perez. dict. loc. quo dicit: *Sic Tabellio signum item assumunt et consuetum citra falsi crimen mutare non potest.* (5) Si quis fingit se creditorem falliti mercatoris, cum non sit, in prajudicium aliorum. Bertaz. consil. 538. n. 1. Farin. alleg. loc. n. 98. Carpz. d. l. Theod. d. l. (6) Si quis falso diplomate vias commeat, l. 27. §. 2. ff. ad L. Cornel. de Fals. ibid; Gothofr. Petr. Gregor. d. l. n. 6. (7) Si quis aliena insignia, privilegia & titulos altioris ordinis sibi adscribit. d. l. 27. §. 3. ff. d. L. Cornel. de Fals. Paul. 5. Sentent. 25. §. 11. 12. Carpz. d. l. n. 36. Farinac. d. l. n. 80. ubi & insimul de utentibus vestimentis alienis agit. Petr. Gregor. d. l. n. 6. Theoder. alleg. loc. n. 5. Loquor vero hinc de fraudulosa & ad simulationem alterius facta. assumptione Insignium. Alias enim quemadmodum nomina citra fraudem cuilibet licet assumere ad beneplacitum, Ita etiam eodem cum temperamento, cuilibet liberum erit, sibi fingere insignia. Vid. Limn. J. P. lib. 6. c. 6. n. 42. & seq. Inprimis autem Plebejis haud erit permittendum, ut nobilia sibi assument insignia, galeam perforatam coronatamve, nisi per longam temporis possestionem assensu Principis confirmata sint & præscripta. Id. n. 43. Vultej. consil. 17. n. 49. Vol. 3. (8) Si quis falsum genus vel parentes falsos fingit, quo quid alienum intercipiat poenitatevè. Paul. d. l. §. 10. ibidemque Cujac. Gothofr. ad l. 13. ff. ad L. Cornel. de Fals. lit. S. Tuldens. ad l. unic. C. de mut. nom. (9) Si quis se pro Nobili aut Doctore gerit, cum non sit, arg. l. 27. §. f. ff. ad L. Cornel. de Fals. Farin. adduct. loc. n. 87. Carpz. d. l. n. 36. Perez. d. l. Brunn. d. l. n. 2. Menoch. cit. loc. n. 21. Mynsing. de prob. c. 5. n. 4. Theoder. in Jud. Crim. d. l. n. 6. Id quod tamen eatenus procedere statuunt Dd. quatenus quis actum aliquem facit Nobili aut Doctori convenientem, perq; illum alios fallit. Secus siverbo tantum se Doctorem jactat; Tunc enim nullo subficto effectu, mendacium quidem committere atque sic aliam extraordinariam poenam mereri, non vero teneri falsi poenam, censem.

ut̄i annotavit Alexand. in addit. ad Bartol. in l. eos. §. qui se pro militie. ff. ad L. Cornel. de fals. Menoch. d. l. n. 22. Carpz. d. l. n. 37. Farinac. alleg. loc. n. 87. 88. Theoder. d. l. n. 6. Schüz. in compend. Lau-terb. ad tit. de Fals. p. 701. (10) Si quis se fingit Comitem Palati-num, creat Notarios & legitimat spurios, cum non sit Comes Pa-latinus. Farinac. d. l. n. 84. aut si quis Nobilem ex insigni ac precla-râ familiâ se natum profitetur & ab aliis vel hujus vel alterius fa-miliæ Nobilibus eo nomine pecuniam, vel aliud quicquam emendi-cat aliove modo eosdem fallit, lucro & commodo suo aliorumq; damno. Carpz. alleg. loc. n. 38. (11) Qui se pro Studioso, cum non sit, gerit, quod ex matricula inspectione probari posse, vult Br. in l. 1. C. de rebus cred. Dec. consil. 157. Paris. 4. consil. 159. in fin. Theoder. d. l. n. 7. (12) Qui se Notarium esse affirmat, cum non sit creatus, Marf. sing. 35. Unde ab ejusmodi Notario instrumen-tum confectum non valet. Br. in l. 6. §. 1. n. 1. ad L. Jul. Repet. ne quidem ad pias causas Bl. in l. 15. §. 3. de Test. milit. quia privilegium testantis vel heredis vel legatarii non tollit delictum scribentis. Mars. sing. 569. n. 4. Interdum tamen sustinetur ejusmodi Instru-mentum, de quo Theoder. d. l. n. 8. (13) Si quis se Clericum esse dicit, qui tamen non est. Menoch. d. l. n. 21. Farinac. d. l. n. 85. ibidemq; allegati Autores. (14) Qui se Nuntium alicujus Regis vel Domini facit, cum non sit, Farinac. cit. loc. n. 83. (15) Qui se pro Prætore aut alio magistratu, usurpati illicitis insignibus, ge-rit, cum tamen privatus homo sit. Petr. Gregor. d. l. n. 6. (16) Si quis militiam confignit in alterius terrorem vel necem, l. 27. §. 2. ff. ad L. Cornel. de Fals. Paul. l. 5. Sent. tit 25. §. 11. Gothofr. ad l. 13. ff. ad L. Cornel. de Fals. lit. S. Petr. Gregor. d. l. Farinac. d. l. n. 82. (17) Qui facit se Procuratorem, cum non sit. l. 14. ff. de condit. caus. dat. caus. non sec. l. 19. C. de furt. Farinac. d. l. n. 89. Theoder. alleg. loc. n. 11. E contra nomine proprio si quis intentaverit judi-cium & post litis contestationem mutaverit & egerit procura-torio, non est licita ista mutatio, quare reus est absolvendus & actor condemnandus in expensas. Bald. consil. 125. Vol. IV. (18) Quando minor, animo decipiendi alterum, se majorem pro-fitetur, prout à Scabinatu Lips. responsum fuit Judici & Scabinis in Waltersdorff: Da H. R. sich wissentlich und vorsätzlich Weise andere Leuthe zu betriejen vor mündig ausgegeben/ so möchte er des-sen wegen umb 1. neu Schock in Straffe genommen werden. Carpz. sep.

sep. alleg. loc. n. 42. (19) Denique h̄ic etiam aliquo modo locum habet & illud, si Capitanei seu milites stipendiarii salaryum & stipendium pro pluribus equis & militibus, quām habent, recipiunt. Albert. in rubr. ff. ad L. Cornel. de fals. n. 10. Farinac. d. l. n. 95. Capitain, so blinde Nahmen in ihren Seckel verrechnen/ sollen vierfache Restitution thun. Holländisch Kriegs-Recht / art. 70. cui addi possunt Königlich Schwedisch Kriegs-Recht / art. 91. 92. seq. Chur- fürstl. Sachsisches R. R. art. 17.

XVII. Pervenimus jam ad alterum prohibitæ mutationis modum, nimirum si quis personā dissimulatāse alium esse mentitur, id quod ob maximam similitudinem inter duos aliquando repertam non semel usu venisse comperimus. Sic in lege antiquā notum est exemplum Jacobi, qui patri falso respondit, se esse ejus filium Esau. Gen. c. 27. relatum in c. queritur. § 1. c. 12. quest. 2. § in c. ult. c. 22. quest. 2. Alia ejusmodi exempla suppeditat Valerius Maximus l. 9. cap. 15. ubi ostendit, plures extitisse, qui per mendacium se in alienas familias inseruerunt. Quale illud est, quod Cæfari Augusto evenit, cuius filium se esse quis afferebat, tanta erat ejus oris similitudo. Repertus est etiam, prout idem autor Valerius Max. loquitur, qui se diceret Q. Sertorii filium; quem ut agnosceret uxor ejus, nullā vi compelli potuit. Et Trebellius Calca ob formæ similitudinem se asseveranter Clodium tulit, & parum abfuit, quin Centumvrali judicio heres ei non existeret. Et Cornelio Syllâ Dictatore existente repertus est, qui in domum Cn. Afinii Dionis irrupt, filiumq; ejus patriis Penatibus expulit, vociferando, non illum, sed se Dione esse procreatū. Eodem Praeſide Reipublicæ, sunt itidem verba Valerii, in confimili mendacio muliebris temeritas Mediolani repressa est, que se pro Rubria quadam perinde, ac falso credita esset incendio periisse; nihil se pertinentibus bonis inferuit. It. barbarum quandam, ob eximiam similitudinem, quā Ariarathen, Cappadociæ Regem, referebat, regnum penè affectasse, scribit idem Autor Valerius Max. d.l. Refert etiam Plin. lib. 7. Natur. histor. c. 12. & Solinus Polyhistor. c. 4. Artemonem tantā formæ similitudine fuisse cum Antiocho, Syria Rege, ut Laodicea conjux Regia, necato jam Antiocho, mimum per eum commendationis regniq; successionis peregerit. Testatum quoque reliquit Paulus Ämil. l. 2. de gest. Franc. nec non Lips. in monit. Polit. extitisse, qui se Balduinum Cæsarem esse prædicaret, quem tamen in prælio contra Bulgarios

garos constanti famâ cæsum esse perhibebant, eò, quod gravitatem ore, quâm maximè fieri potest, præ se ferebat, venerationem sui captans, majestatemq; concilians, quò factum, ut Flandriæ Nobiles hominem Comitem Augustumq; salutantes, jura ab eo peterent, quod ille ad majestatis suæ fidem faciebat, nomina commemorans, nobilitatemq; ac egregia facinora majorum natu stemmataque; familiarum, à quo quisque esset progenitus. Convictus tamen à Ludovico M. Franciæ Rege, ex mandato Johanna, id temporis Balduini filiæ, laqueo strangulatus fuit, non tamen sine plebejulae rumoribus, quæ patrem ab improbabili filiâ in ligno suspensum tunc & diu postea differebat. Vid. Forst. in not. Politic. ad Tac. Sic & Arnaldus quidam *Tilius* Martinum Guerram ita formâ & facie repræsentavit, ut & ipsius Martini uxorem affinesq; falleret, qui detectâ fraude & dolo, luit poenas emeritas: sicuti latum est solenne Arrestum Tolosæ, quod deinde Corasius suis illustravit commentariis. Vid. Menoch. d. l. n. 32. Thuan. l. 26. Histor. p. 525. & Autor der Monatlichen Unterredung einiger guten Freunde / de An. 1692. Mens. Jul. Notissima etiam historia est, quæ de Anna Clevenſi, Heinrici VIII. Angliæ Regis, desertâ conjugi, refertur; Scilicet extitisse quandam mulierem, quæ post mortem ipsius A. 1559. se illam Reginam, ac quasi adhuc in vivis esset, falsò fingeret, donec tandem fraude manifestatâ perpetuò fuit incarcerata. Confid. Autor der Monatlichen Unterredungen / de An. 1689. Mens. Dec. & quid. in append. p. 1269. Item An. 1608. Bartholomæus Lanceſcūs Senensis, falsissimus & scelestissimus homo, in civitate Parisiorum apud Regem & alios Primates, Burghesorum cognomen & insignia usurpavit, simulatevè se filium Pauli Quinti aſferuit, & sub eo praetextu plures à diversis pecuniarum notabilis quantitates extorſit, donec tandem re compertâ carceratus & in dictâ civitate postea ſupcenſus fuit, cum prius ante forenses Illuſtrissimi & Reverendissimi Domini Nuntii Apostolici, cum accensâ candelâ in manibus retentâ, ſe falſum dixisse & mentitum fuiffe, publicè & coram omni populo faſſus eſſet, ac deinceps flammis conſummati cadaveris cineres in amnum proiecti fuerunt. Farinac. d. queſt. 150. n. 86. Sic ſuo tempore fuiffe quendam in Moscovia, qui pro Magno Moscovia Duce Demetrio ſe falſo jactitaverit, Meteran. histor. belg. lib. 25. refert, & inſequentiibus annis Wittebergæ & aliis locis non ſine vitæ diſpendio aliquis Baro generofus audiri voluit. fec. Theoder. in

der. in *Jud. Crim. d.l. n. 6.* Id quod & meo tempore Lipsiæ aliquando contigisse memini. Plura exempla etiam habemus in *Jove Plautino*, *Don Sebastiano*, *Rege Portugallia*. Limn. lib. 1. J.P.C. 11. n. 59. in primis vero Author Belgicus Theatri Tragici, *van het Treur-Tonnel der Derluctigen Mannen onser Eeuwe*, in vita ipsius, qui lectorem sine suspeso judicio dimittet, quod & facit Author Gallicus in *Tractat. sub Tit. Dom Sebastian Roy de Portugal, dans la 3me partie à la page. 235.* Conf. Petr. Greg. d.l.n.1. Carpz. d.l.n.34. Menoch. d.l.n.30. 31. Anton. Pichard. ad §. 7. J. de publ. Jud. n. 17. Joseph. lib. 7. antiqu. Jud. cap. 14. tandemq; novissime Joan Baptista de Recoles, qui An. 1683. Amstelodami integrum edidit tractatum de ejusmodi nebulonibus, qui Imperatorum, Regum, Principum aliorumq; personas falsò professi sunt.

XVIII. Explicata huc usque Forma tum licita tum prohibita mutationis, restat, ut *Effe&tum & Contraria laconicè* adhuc consideremus. *Effe&tus* igitur *permisso mutationis*, est, quod illa ipsa sit extra poenam, arg. l. nostr. unic. imò quandoque præcepta, necessaria & utilis, id quod ex hac tenus allegatis exemplis patescit, in primis autem ex eo, quod libertus manumittens, & arrogatus arrogantis, itemque institutus sub ea conditione instituentis nomen debeat assumere. &c. Perez. ad l. alleg. unic. *Effe&tus* vero *prohibita mutationis* incidit in *Crimen Falsi*, cuius poenæ varias videmus esse constitutas. Communiter quidem tradunt Dd., quod poena falsi in homine nobilitat *deportatio cum publicatione bonorum*; in personâ vili *damnatio in metallum*; in servo *ultimum supplicium*, textus est in l. 1. §. fin. & ibi etiam Alber. n. 1. itemq; Marsil. in rubr. ff. ad L. Cornel. de Fals. n. 4. junct. l. si quis. 38. §. qui vivi testamentum. ff. de poen. l. ubi falsi. 22. in fin. C. ad L. Cornel. de Fals. §. item Lex. Cornel. de Fals. 7. Inst. de Publ. Judic. ubi Glossa in figuraione casus, in verbo: *ultimum supplicium* &c in verbo: *deportatio*. Farinac. d. quest. 150. n. 19. Carpz. d. quest. 93. n. 16. Theodor. d.l.n. 19. Petr. Gregor. Syntag. Jur. l. 36. c. 3. n. 4. & cap. 5. n. 2. in verbis: *bujusq; poena &c.* Menoch. de A.J.Q. libr. 2. cap. 306. n. 1. 2. & 3. Verùm postquam poena publicationis bonorum ob crimen falsi, perinde ac alia, certo modo remissa fuit in avth. Bon. damnat. C. de bon. proscript. Novell. 134. cap. ult. ac deportationis poena hodiè amplius in usu non est, sed in ejus locum succedit *Relegatio*, vel quandoque *fustigatio*, Carpz. d. l. n. 17. 18. ibiq; Aut. alleg. imò de Jure quoque Civili poena falsi, pro qualitate admissi, ad manus amputacionem

nem, & quandoque ad *extremum supplicium*, extendi potest. Novell. 17. c. 8. in pr. Novell. 134. c. 13. l. 22. C. ad L. Cornel. de Fals. l. 1. 2. C. de fals. monet. Ideo non male quis dixerit, poenam falsi hodiè esse *arbitrariam*, ita, ut pro mensurâ delicti, urgentibus circumstantiis usque ad ultimum supplicium vel aliam corporis poenam inflicti-
vam extendi possit. Carpz. d. l. n. 20. Schulz. Synops. Inst. de Publ. Jud. lit. u. Farinac. d. l. n. 21. Perez. ad l. nostr. unic. n. 18. Zoef. ad L. Cornel. de Fals. n. 2. Cum quo etiam convenit Nemesis Carolina, art. 112. in verbis: Nachdem die Fälschung viel oder wenig boshaftig und schädlich geschicht ic. peinlich gestrafft werden. § art. 113. verb. der soll zu peinlicher Straff angenommen ic. § art. 115. verb. und darzu an den Pranger / oder Hals-Eisen gesteller / mit Ruthen ausgehauen / des Landes verboten / oder sonst nach Gelegenheit der Misshandlung in andere Wege gestrafft werden. Neque huic dis-
positioni contrariatur constitutio Jur. Saxon. Siquidem in art. 13. Land-Recht/l. 2. expresse dicitur in verbis: Dasselbe Gerichte gehet auch über unrecht Maß / über falsch Gewicht und über falschen Speise-
Kauff ob man es überwunden wird ic. Atque hinc in Foro Saxonico-
falsarii poenâ coercentur *arbitraria*, ut plurimum tamen *relegatione*
aut fustigatione pro ratione commissi delicti. Carpz. d. l. n. 24. ibiq. Dd.
alleg.

XIX. His præmissis suâ sponte jam sequitur, *poenam prohibite nominum mutationis esse quoq. arbitrariam*, ita, ut pro ratione doli & circumstantiarum, in primis autem damni exinde enati, poena carceris, relegationis, fustigationis, imò ultimi quandoque supplicii possit habere locum. Menoch. d. l. n. 20. Farinac. d. l. n. 139. Brunn. ad l. un. C. de mut. nom. n. 2. § 3. Hinc fœminæ cuidam plebejæ, quæ ex nobili familiâ se natam jactans, & bonis suis spoliatam dissimulans, à nobilibus pecuniam emendicaverat, poenam temporalis relegationis dictavere Scabini Lipsiens. ad consultationem Quæstoris Dresden. An. 1629. Mens. Octobr. Nec non An. 1587. Mens. Januar. in casu haud multum absimili ab eod. Scabinatu pronunciatum fuit: Hat bemeldter Pelo sich vor einem Pommerschen Edelmann/ des Ge-
schlechts der Pelen und vor des Hauptmanns zu Stolpen Bruders Sohn fälschlich ausgegeben/ und sich ferner gerühmet/ daß er Landes-
Fendrich gewest were / und dessen dreyerley fälsche Paß-Briefe bey
sich gehabt / und andern versezt und verpfändet / auch im Wirths-
haus allerley Muthwillen mit Hauen und Stechen geübet ic. So
wird

wird er von wegen solches Falsches und geübten Verbrechung billich
zur Staupen geschlagen / und des Thürfürsten zu Sachsen ic. un-
fers gnädigsten Herrn Landes ewig verwiesen / V. R. W. Vid.
Carpz. d. l. n. 39. § 40. Pari modo & Scabini Jenenses An. 1623.
Mens. Decembr. pronunciarunt: Hat Johann Penicke in der Güte
bekandt/ das Ihm nicht allein vor 28. Jahren/wegen versertigten fal-
schen Brandbrieffes / auf eingehohlete Marpurgische Rechts Beleh-
rung / die Rechte Faust abgeschlagen werden/ sondern auch hierauf
mit Betteln fortgesahren / und anfangs sich vor einen Schuldienst/
hernacher aber vor einem Pfarrer fälschlich ausgegeben/ da er doch nie-
mals dergleichen Alement bedienet/ zu dessen Behuf er ihm vorangezo-
gene Kundtschafften zu Erfurth machen lassen/ alles nach fernern In-
halt seiner gütlichen Aussage / Als wird er um seiner Misshandlung
willen/ andern zum Abscheu/mit Ruthen öffentlich/edoch in Ansehung
seines Alters/ gelinder massen ausgestrichen/ und folgends des Landes
ewig verwiesen. V. R. W. Aliud Exemplum memorabile adducit
Faber in Codice suo lib. 9. tit. 16. de mut. Nom. Def. 1. his verbis: Cum
Carnifex quidam honesti viri & advocati nomen sibi arrogasset, seq; pro
agnato publicè jactaret, falso tamen & dolo malo, ut probi & nobilis vi-
ri existimationem ledaret, aut ab eo pecuniam, ne id faceret, extorqueret,
putavit Senatus (sacer Sabaudie) cædendum virgis, & exilio multan-
dum esse. Pœnam vero, ut vocant, honorarium, cui locus esse videbatur,
consulto prætermisit, quod ejus conditionis homo jam infamis neq; honoris
jacturam facere ullam posset, neq; honorem, quem nullum haberet, alte-
ri dare vel reddere. Subjungens illud Bartoli: Mal da chi non ha,
dice la Campana di San Pietro.

XX. Cæterum quod aliquando & pœna capitalis hoc delictum
subsequatur, non tantum docent exempla allegati Pseudo-Martini
Galli, & Bartholomæi Lancesci Senensis aliorumq; plurium; Verum
etiam optimè hanc rem illustrat sequens casus, qui accedit An. 1613.
Mens. Octobr. & Nov. quiq; à Serenissimâ Viduâ Serenissimi Electo-
ris Saxonie, Christiani II. plentissimâ recordationis, ad Scabinatum
Jenensem fuit delatus, de falsario quodam, qui ex Generosissima
Rantzoviorum familiâ oriundum falso se jactaverat, & sub hoc præ-
textu à Serenissimâ Reginâ Angliæ, & aliis Principibus personis
ingentem pecuniæ summam, & ultra 24. mille trecentos & duo-
decim florenos extorserat, subq; hoc fuso, quasi à Diabolo obses-
sus esset, multos fessellerat: prætereà in torturâ, quam Scabini Li-
pnienses

psientes ei dictaverant, confessus fuit aliquot latrocinia, it. quod veneno, Mercurii nomen sortiente, non solum Serenissimæ Electorali Viduæ, sed etiam illius Serenitatis victualibus Præfecto proditoria machinatione fata & mortem accelerare sibi proposuerit. Responsum ipsum sequentibus constat verbis: Auf überschickte peinliche und gütliche Aussage des gefangenen Claus Hörnern/ so ihr uns / sambt vorigen Aeten und Inquisition Sachen zg. u. wie derselbe zu straffen/ oder was sonstigen wider Ihr vorzunehmen sey/ da er auch wiederum revocirte/ wessen man sich denn also zu verhalten habe/ euch zu erkennen zu geben/ gebeten/ demnach S. W. V. R. hat gemeidter Claus Hörn bekannt/ daß er zu dem Ende sich vor einem von Ranzovien ausgeben/ damit er unter diesem Namen ihm ein gros Ansehen machen/ auch vor einen reichen vom Adel gehalten und desto weniger Betruas gegen ihn vermutet werden möchte. Er habe das Rantzovische Wappen in Perschafft geführet/ dadurch Königliche/ Chur- und Fürstliche Personen/ auch andere ehrliche Leuthe zu betriegen/ daß er bey der Königin in Engeland fälschlich vorgegeben/ als wenn sein Freund zu Paris Schulden halber gefangen säße/ und unter solchem Schein von Ihr Königl. Majestät 10000. Rthlr. entlehnet bekommen/ weil er sonderlich sich gestellet/ als wolte er Ihrer Majestät Cammer Magd ehlichen/ welche er gleichfalls mit 150. Rthlr. aufgeseket/ Ferner daß er gegen der Churf. Sächs. Wittichen/ Unserer gnädigsten Churfürstin und Frauen/ Cammer-Frauen gedacht und begehret/ bey Ihrer Churf. Gnaden allein zu seyn/ auch deswegen dem Silber-Diener eine silberne Kanne zugesaget/ wann Er Ihm solches bey der Cammer-Frauen ausrichten/ und zu wegen bringen würde/ Desgleichen daß er bey itzermelter Cammer-Frauen nach Ihrer Churf. Gnaden Schatz und Geld gefraget/ und derselben Schatz wegzubringen vorhabens/ oder doch zum wenigsten Ihr. Churf. Gnaden auf ehliche 1000. fl. zu betrügen/ nachmals aber sich heimlicher Weise davon zu machen willens gewesen/ Weiteres daß er an dem Futter-Marschalck heimlicher meichlicher Weise Gewalt zu üben/ mit denselben bey sich habenden Messern umzubringen/ hernach seine Kleinodien/ Contrafaire/ Baarschaft/ und anders/ zu sich nehmen/ und davon zu lauffen ihme vorgenomen/ It. daß der Junge N. eine falsche Vorschrift von Gerhard von Rantzovien an Herrn Hoffmeister N. gebracht/ welche mit seinem guten Wissen gestellt/ und er der Hörn hätte dasselbe selbst besiegt/ verhoffend an den Churfürst. Sächs.

Sächs. Widdums-Hoff zu kommen/ und waren derselben Gesellen f^z
die mit Ihm in ein-Horn geblasen/ daß er auch die Thürfürstl. Sächs.
Wittbe mit dem Mercurio hinrichten/ und den Gifft entweder in
Speise oder Tranck beybringen. It. daß er 4. Mordthaten auf der
Lüneburgischen Heide/ jedoch ohne Hand-Anlegung/helfsen begehen/
und habe er zur Ausbeute bekommen von dem erstberaubten 3000.
Thaler/ der ander hat bey sich gehabt ungefehr in die 2000. Thaler/
der dritte bey 4000. davon Horn sein Antheil empfangen/ den 4. Ent-
leibten hette er und seine Gesellschaft nichts nehmen können/ dann Sie
die Flucht nehmen müssen/ Letzlich daß er in Hollstein/ in Engeland/
in Dennemarck und Tentschland viel Leuthe aufgesetzet/ und dieselbe
über die 14000. Gülden schändlich betrogen/ Da nun in gehaltener
Nachfrage sich befindet/ daß die 4. um ihr Leben gebracht/ und mehr
befagter Claus Hörn würde/ außer dem Gezeugnus des Orts/ da er
peinlich angegriffen/ vor Richter und Schöppen und einen Notario
ungebunden und ungedrohet/ auf anderweit vorgehendes Befragen
auf seiner gethanen Uhrgicht verharren/ So ist er/ wegen solches sei-
nes begangenen vielfältigen Falsches/ grosse Auffezung und Betrug/
Mordthat und Rauberey/ und andern hochstrafflichen Verbrechun-
gen/ ohngeacht derselbe folgends wiederumb vor öffentlichen peinlichen
Gerichte es wiederrufe/ zur Richtstatt zu schleissen/ sein Leib vier-
mal mit glügenden Zangen zu reissen/ und nachmals mit dem Rade
vom Leben zum Tode zu richten/ und alsdenn darauf zu legen.

D. N. W.

XXI. Tandem denique deducimur ad *Contraria*. Quoniam
autem haec ipsa ex antecedentibus facile apparent; idcirco non
opus erit, illorum explanationi diutius hærente. Breviter sunt
illa, quæ vel ipsi mutationi contrariantur, quod fit, dum quis
idem nomen retinet, vel ejusdem poenæ. Atque ad hæc contraria
pertinent omnes illi casus, in quibus mutatio nominis licita, ac con-
sequenter pro impunitâ habetur.

Sic, concessis à DEO clementer viribus,
Dissertationis nostræ materiam non quidem eā,
quā debuimus, ingenii dexteritate & præstantiâ,
sed, quā potuimus, humanâ imbecillitate ad

finem perducimus, lubens meritoq; illius solidior-
rem pertractionem *limitationibus* judiciis relin-
quentes. Tu autem, *Lector Benevole*, magis
voluntutem in rebus altioribus aliquid peragen-
di, quam ipsum laborem, ut aestimes, est, quod
obnixè rogitamus. Novissimè

*Si qua meis fuerint, ut erunt, vitiosa libellis,
Excusata suo tempore, Lector, habe.*

DEO immortali sit

*LAUS, HONOR ET GLORIA
SEMPITERNA.*



I. Qui

QVI DOCTORANDI titulô in-
signiris, Amice,
Mutabis nomen diminuesq; tuum.
Diminues nomen, sed conuplicabis ho-
norem;
Et sic mutatô nomine Doctor eris.

Id qvod boni omnis ergo
Nobilissimo D N. DOCTORANDO
gratulabundus impertiebatur

CHRISTOPHORVS Sonntag
SS. Theol. D. & Profess. Publ. Primar.
h. t. Univ. RECTOR.

ANgelus ut nomen, sic dat Tibi, **CANDIDE,**
mores,
Nomen enim sine re nil nisi nomen erit.
Hinc Patriæ qvondam, Patriq; Tuisq; qvod opto,
Angelus & senii dulce levamen eris.
Unicum adhuc superest, à Te qvod postulo,
nostram
Saxoniam postqvam veneris atq; domum,
Nomine qvælo meo veteres reverenter Amicos,
Qvos nunc Patronos oscular atq; colo,
Et salvere jube, & multum longeq; valere,
Atq; agere ex votis cuncta gerenda suis.

Vivat

Vivat, quem qvondam mihi conciliavit Amicum
 Altdorfina, meæ Præsidium Patriæ, (Heros,
 KNOCHIUS excellens! Vivat POELNI ZIUS
 Quem Lauterbachi junxit amica Schola!
 Vivat uterq; diu felix, faustusq;, beatus,
 Saxonici nostri lumina magna poli!

*Amicissimi olim sui in Celeberrima Salana Commi-
 litis & Convictoris Filio, Amico itidem suo,
 de felicissima studiorum Academicorum Cata-
 strophe ex animo gratulaturus deprop.*

GEORGIUS REICHARDUS Hammer/D.

◎ III. ◎

Terra Variscorum genuit TE, Porta pro-
 bavit,
Lipsia reclusit Jura sacrata TIBI.

*Altdorffina Themis decorat tua tempora, Mater
 Dresdena benigna diu sit, maneatq;, precor.*

*Hisce Affini suo Optimo, atq; hactenus Auditori,
 nunc Fautori, de promeritis Brabeis Aca-
 demicis gratulatur, utq; condigni in foro
 sequantur Honores, ex animo vovet*

HENRICUS Lindf/ D.

◎ IV. ◎

Cur mutas Nomen, cum vix præstantius ullum
 TUO sit, erudite Themidis Assecla:
*Nempe quod amborum sit Conspiratio sancta.
 Nam quidquid Angeli sonant, Justitia cluet.
 Ecce, recens Doctor posthac in Jure vocaris,
 Ut nil, nisi quod æquum piumq; audit, sones.*

Boni Ominis ergo ita gratulabundus alludit

FELIX Spitz/ D.

V. JOH.

JOH. GOTFRIEDO ENGEL-SCHALLIO

Nobilissimo Clarissimoq; Viro

JOH. CHRISTOPHORVS WAGENSELIUS

S. P. D.

Significasti mihi, ENGELSCHALLI NOBILISSIME, Inaugurali, quam vocant, Disputationi, ad rite summos in utroq; Jure honores capeſſendos, viam munitorae, ſelegiſſe te argumentum de *Nominum Immutatione*. Eſt illud tam lautum lepidumq; ut nihil ſupra, nec poteras facile in ullo alio, eruditionis tuae lectionisq; copiam magis omnium oculis exponere. Non diſſimulo, ſæpe me quoq; Nominum Propriorum conſideratio, ſive torſit, ſive rapuit in admirationem; & jure quidem bono, nam hanc curam ne quidem Supremum Numen, Optimus Maximusque DEVS, a ſe voluit eſſe alienam. Mox enim cum pri- mū hominem Adamum creafſet, ſtit illi feras, pecudes, volucresq; omnium generum, ut, quia,

Principis eſt virtus maxima noſſe ſuos, ipſe, iſtorum omnium dominus futurus, ſingularum natu- ram perſpiceret exploraretq; & ſuum cuiq; nomen, pro di- versis indolis habitudine inderet. Agnoscimus vel hiñc, quanta ſapientia Adamum præditum fuifſe neceſſe fit: qui- ppe, intima perſpicere animantium, quorum nos pelles, cor- nua, ungulas, villos tantum intuemur, aptumq; quod pro- prietatibus eorundem repondeat, nomen accommodare,

G

meri-

merito divinæ sapientiæ affine visum est Platoni in Cratylo. Simul ista, quod obiter addendum, ad internectionem delent, male conciliatos homulos, Adamo antiquiores, quos multum familiaris quondam mihi *Isaacus Peyerius*, Doctus cætera Vir, & Incluti Herois, Serenissimi Ludovici Condæi Principis Bibliothecarius, non ex luto, sed cerebro suo eruderavit, novus Prometheus. Quod si enim seculis innumerabilibus ante Adamum, jam in orbe extabant homines ratione & sermone utentes, profecto non carebant animantia suis nominibus, nec opus erat ut Adamus nova excogitaret. Isti enim sine dubio, communem cum Præadamitis loquelandam tribuere debet, qui hos admittit, quoniam sic ipsomet DEO Gen. XI. i. testimonium perhibente, ante universi hujus cataclysmum, erat terra labii unius, & sermonum eorundem. Amplius, patescit hinc Sacrosanctæ Hebraicæ Linguæ majestas & primæva antiquitas: nec enim alia, quam hac ipsa, Deus Adamo, de Animantibus propriis nominibus designandis mandatum impertivit, nec ipse alio idiomate effectum dedit, quod erat imperatum. Scio perbene aliud visum fuisse, ut ignobiliores taceam, *Scaliger*, *Grotio*, & *Vossio Patri*, magnis Nominibus; qui sibi persuasere, catholicam ante diluvium linguam, in linguarum confusione penitus intercidisse, neq; superare hodie, nisi quasdam ejus in cæteris linguis dispersas reliquias. Enim vero, extra controversiæ periculum positum est, de rebus priscis, magis antiquis, quam Recentiorum testationibus fidem esse adhibendam. Jam autem, quod Hieronymus ep. 144. edixit, *Ebræam linguam, qua Vetus Testamentum scriptum est, esse initium oris & communis eloquii, universalia creditit antiquitas.* Quin & favet huic opinioni ratio, eum ex sola Hebræa lingua, etymologiæ omnium nominum, quæ personis & locis, inde a mundi exordio, ad dispersionem usq; gentium, fuere indita, possint arcessi, & explicari. Tum vero servant universæ, quibus homines colloquun-

quuntur linguae, Hebræi idiomatis luculentia vestigia, referuntq; matricem suam linguam manifestis indiciis. Equidem, qui Hebræam linguam primigeniam negant, illud quod de originatione Nominum Propriorum, quibus personæ & loca ante linguarum confusionem insigniebantur, attuli validissimum argumentum, sic labefactare conantur, ut dicant, Nomina ista a Scriptoribus Sacris, in usum Hebrææ gentis, a naturali & genuino sono mutata esse, ut Latine *Sylvam Ducas*, *Herbipolim*, *Regiomontum*, pro vernaculis *Herbogenbusch*/Würzburg/Königsberg dicimus. At, elumbis est hæc exceptio, quippe, si hoc erat Scriptorum Sacrorum, quod istis visum est, institutum, cui bono retinuerunt in suis libris, alia Propria Nomina, liquido Persicæ, Samaritanæ, Arabicæ & Ægyptiacæ originis? Nec magis Maronitæ, quos inter *Georgius Michael Amira Edeniensis e Libano*, in præludiis Grammaticæ Syriacæ eminet, audiendi sunt, qui Syram, si-
ve, quæ eadem est, Chaldaicam linguam, omnium primam faciunt, ipsa illa de Nominibus Propriis priscorum mortalium ratione usi, cum & eorundem significatiōnes ad istam linguam quadrent. Quod, et si in cæteris aliquatenus succe-
dit, tamen cum ventum est ad Adami verba Gen. II. 23. *Vo-
cabitur* (sit venia verbo, quod necessitas exigit) *vira*, quia ex
viro sumta est, tum aqua eis hæret. Hebraice, ut וָיַח pro *viro*, sic וָיַח pro *fœmina* aut *muliere*, vox usitatis-
sima est, cuius etymologiam ipse Protoplatus aperit, cum mulierem ideo dicit וָיַח vocari, quia וְיַח ex יַח hoc
est *viro*, sumta est. Id Chaldæi cum suo idiomate conciliare non possunt, quia ad *virum* & *fœminam* significandos, desti-
tuuntur conjugatis vocibus: peritq; gratia allusionis apud illorum Paraphrasas, nam pro *Muliere* designanda, Onkelos
וְתֵא Iteta, Jonathan וְתֵא Itta expressere, pro *Viro* vero in-
nuendo, ille בָּאֵל Baal, hic גֵּוֹר Gevar adhibuit, hoc est, pla-
ne dissonas *Viri* & *Mulieris* appellations, & nihil quicquam
affini-

affinitatis mutuo habentes. Imo, nonne hoc monstri simile est, nec reperiri, quantum mihi constat, & appello Hieronymi Megiferi Thesaurum Polyglottum, qui ex 400. tam Veteris quam Novi Orbis Nationum Linguis collectus est; nec reperiri, inquam, in Orbe universo Linguam aliam, in qua illa, quam Adamus inculcavit, Viri & Fœminæ appellationum analogia, quod tamen crebro fieri debuisse quis opinetur, obtineat: Lutheri enim Mænnin / & Symmachii factitia sunt, *Virago* vero, qua voce Vulgatus Interpres, eam cum verbo *Vir* componendo, emphasis Hebræam utcunq; reddere studuit, non mulierem simpliciter, quæ tamen significatio unice est hujus loci, sed mulierem fortem, animo & virtute virili præstantem, notat, unde *Diva virago Diana*, apud Sene-
cam in Hippolyto, & bello, metuenda *virago Pallas*, apud Ovidium 2. Metam. Reète igitur Lyranus: *Virago, non signat mulierem de viro sunt am vel derivatam, sed viriliter agentem.*

Rursus autem ad DEVM redeo, cui non tantum curæ cordiq; fuit, ut rebus vera Nomina imponerentur, verum idem etiam aliqua, quæ non satis ominata visa sunt, immutavit. Hoc imprimis circa *Abrami & Sarai* nomina factum esse verisimile evadit, si verum fuerit quod Cabballistæ tradunt, Abramum nullam prolem gignere, nullam Sarai parere potuisse, nisi pro antiquis appellationibus, *Abraham & Sara* voces, divinitus substituerentur. Quod, ipsorum effatum, tanquam indubiae veritatis, famosis suis nongentis Conclusionibus etiam inseruit, Seculi sui Phœnix, *Johannes Picus Comes Mirandulanus*. Nec fuit alienus ab hoc mutandi Nomina cœpto SERVATOR noster, atque, quod S. Justinus Martyr in Dialogo cum Tryphone observat, sicut a DEO in Veteri Testamento nomina sunt immutata Abrahamo & Saræ, & novum cognomen datum Jacobo; ita quoq; in Novo, Servator, nonnullis Discipulorum suorum nova adjecit cognomina, Petro scilicet, & Jacobo, & Johanni filiis Zebedæi, quos Filios

Filios tonitrus appellavit, ut se eundem esse, quem Patriarchæ coluerant, comprobaret, & dominium suum declararet.

Illud miretur quis, olim apud Judæos more fuisse receptum, ut præter parentes, etiam alii, arrepta undecunq; occasione, ex se minime natis, nominum imponendorum potestatē sibi vindicarent. Extat in eam rem locus insignis in libro Hebraico de Vita Mosis, quem ego MS. teneo, & quem publice editum, erudita Versione ac Notis illustravit, Vir ingenio & munerum dignitate Maximus, *Gilbertus Gaulminius*, Supremæ Parisiensis Curiæ Senator primarius, & Libellorum Supplicum ad Christianissimum Regem Curator præcipiūs, qui me olim in Gallia peregrinantem, inter Veneratores admisit ac libens. Eum locum huc in medium afferre non pigrabor, est autem de Mose sermo: *וַיֹּאמֶר לְהֵלֹכִים הַלְּדָרְךָ שְׁתִּי נַעֲמָתָם לְיוֹם :* *וַיֹּהֶי מִקְץ שְׁנָתֵים לַיְלָה וְבַבָּאוּחַ לְבַת פְּעֻחָה יְהִי לְהֵלֹם וְחִקְרָא שְׁמוֹ מִשְׁתַּחַיוֹתָו וְאַבְיוֹן קָרָא לְוּ חַכְבָּרָה כִּי בְּעַבְרוֹ נִזְחָמָר עַתָּשׂ אַשְׁתָּו וְאַמְּנוֹן קָרָא לְוּ יַדְרָה כִּי יַרְדָּה אַתְּרָיוֹן אֶל הַיָּאָרֶל לְרֹאשֵׁת מַה יְהָא בְּסֹבוֹן וְאַחֲרֵן קָרָא לְוּ אַבְיזָנָגָה כִּי זֹנָה אַבְיָי אֶת אַמְּיָה וְהַשְׁיבָּל בְּעַבְרוֹ זֹה וְקַחְתָּ אַזְקָנוֹן קָרָא לְוּ אַבְיָגָדָר כִּי בְּעַבְרוֹ גַּדְרָה אֶלְהִים פְּרַץ בְּיִשְׂרָאֵל אֲשֶׁר לֹא הוֹסִיף עוֹד המְצָרִים לְהַשְׁלִיךְ בְּנֵיכֶם הַיָּאָרֶל וְסִנְקָחוּן קָרָא לְוּ אַבְיטָכוֹן כִּי האֲלָהִים יִפְגַּנּוּ בְּטוֹכָה מְרִיב הַמְּצָרִים יִשְׂרָאֵל קָרָא: Illustris Gaulminii interpretatio est: *Mater Jocebeth puerum (Mosen) duobus in diem argenteis alendum suscepit. Biennio post Pharaonis filie sistritur, ab eaq; adoptatur, ac Moses quod eam aquis eduxerat, vocatur. Verum Pater eum Chabar vocabat, quia ejus causa uxorem iterum sibi socia verat; Mater, Jechotiel, quia lacta verat: Anita, Jared, quia exposti e ventum obser vatura, Nilum prope descendenterat: Aaron Abizannach, quia propter eum Amram Jocebed ad vocavit, quam dimiserat: Kebat, Abigedur, quia Deus ejus ergo rupturam clausit, nec de projiciendis in Nilum Hebrewis amplius cœtum: Nutrix, Abisuco, quia illum in tugurio Deus**

ab Ægyptiorum rixa occultum servaverat. At, Israël & cæteri, Schemaja filium Nathanaël appellabant, quia in diebus ejus, clamores illorum Dominus audiuerat. Verum, in his, Amitam, pro Sorore, Vir Summus nominavit per incuriam. *Ama ut daret vocem in rebus, quas te, VIR NOBILISSIME, diligenterius persequutum esse dubitare me non sinit, varia doctrina excultum peccatus tuum.* Quod unum igitur restat, specimen tuum tibi gratulor, Deumq; precor, ut quæ porro publice profutura meditaberis ac coeptabis, bene evenire finat, & te solida felicitate beet. Scr. in Museo a. d. xv. Novemb. A. C. 1515 XCII.

VI.

Osatis est Astraea, satis, satis est Rabularum;
Nam genus hoc hominum jam fora cuncta replet.
Qui sua non possunt, aliorum verba sequuntur,
Cartagnum impetens nil nisi jura crepat.
Bartole cede locum, quid fas, mi Balde? recede,
Ut sedeant legum fulmina, fulcra fori.
O miseri mores, quos sola licentia fecit!
Ni rabulae pereant, lexq; cliensq; perit.
Fallor, non pereunt; nam sapientia Licentia præstat,
Ut rabulae pereant, lexq; sit atq; cliens.
Illa novum toties splendorem legibus addit,
Promeritum quoties cingit honore caput.
ENGELSCHALLE Tibi ridet fors illa, jubetq;
Legibus ut serues vimq; decusq; suum.
Ergo age, Teq; virum præsta, rabulasq; flagella,
Nam Themis, ut liceat, jam Tibi jura dedit.

Hisce Nobilissimo atq; Amicissimo suo Affini de proximo
merito Charactere cum voto personantis felicitatis ad vota fluentis ex animo gratulari
voluit, debuit

JOH. GEORG. TISCHER, Potent. Elector. Saxon.
redit. Coldicent. Praefect.

VII. Li-

VII.

LIpsiæ non solum adaperta jura:
In manus sumissæ Tuæ, & illa
Gnaviter tractasse labore multo,
est in aprico;

Verum & ornatis Noricis Athenis
Sedulè id jam T E quoq; præstissæ
Laude cum summâ, Themidis perite,
quisq; fatetur.

Excipit tantos meritò labores:
Hoc novum dignumq; LICENTIATI
Nomen, ac omnes *Tibi* gratulantur
terq; quaterq;.

Ita

Consulitissimo DN. DOCTORANDO, h. Genus
Commensali conjunctissimo, ob honores
letitiam, ob discessum verò tristitiam
suam testari debuere

CONSALINI LINCKIANI.

IIX..

Sⁿonnet.

Eh wolle/ liebster Freund! von deinem Lobe schreiben:
E Wie dein gelehrter Kiel die leste Probe bringt/
und wie Dir noch jczund der beste Streich gelingt;
Nun aber soll mein Lob und ganzer Vorsatz bleiben.

Wo volle Blumen stehn/ da darf kein Gras beflecken.
Weil grosser Männer Ruhm von deiner Schrift erklingt/
den ich so oft gehört/ und den kein Fürnus zwingt/
so mag Ihr grosses Wort die schwache Hand vertreiben.

Jch

Ich habe demnach nichts/ was diesen Blättern gleicht/
wenn nicht mein treuer Wunsch an ihre Grösse reicht/
den Seele/ Herz und Mund an statt der Sache geben.

Dein Werck wird mir indeß ein stäter Richter seyn/
ich weiß/ du schreibst mich nicht als ein Exempel ein:
Mein Name hat Bestandt / ich will dein Diener leben.

Eucharius Gottlieb Rind.


○ IX. ○

Nomina mutari certum est, mutantur & ipse
Res, audit mundus, quod fuit ante Chaos.
Pontifices & amant nomen mutare, minores
Et Di mutarunt nomina s̄epe sua.
Nomina, res parva est, quid sit mutare priora,
Difficilis justè quid sit arare manu.
Hinc Tu jure clues nunc DOCTORANDUS, Amice,
Et permutato nomine DOCTOR eris.

Paucis hisce

Nobilissimo atq; Clarissimo Dn. ENGELSCHALLO, Fautori
atq; Amico suo perdilecto, masculè & pereruditè
de Mutatione Nominum disputanti, de felici
studiorum successu, seu specimine edito, & studiis
imposito colophone subsequentibusq; honoribus
gratulari, memoriamq; suam commendare voluit

GOTTFRID LUDWIG à SEIDEL,
Nobil. March.




Altdorf, Diss., 1692-93
f



sb.

V 17





Farbkarte #13



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

C. D.

DISSERTATIO INAUGURALIS,

De eo,
qvod justum est
circa

1692 1a

MUTATIONEM NOMINUM,

ductu

Leg. un. Cod. de Mutat. Nomin.

Qvam

ex

DECRETO & AUTORITATE
MAGNIFICI

JCTORUM ORDINIS

In

INCLYTA ACADEMIA ALTDORFINA,

Pro

LICENTIA

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES

&

PRIVILEGIA DOCTORALIA

ritè capessendi,

Public & Eruditorum ventilationi

submittit

d. 24. Nov. M DC XCII.

JOHANN. GODOFRED. *Engelschall/*

Olsnic. Varisc.

Excudit HEINRICUS MEYER, Universit. Typographus.

